Redemptor syluz. Alphenus in lege. ff. locati & cond.  
¶ Redemptio. Plaut. Redemptitauere ad vnu captos. Cato apud Festum: Lcge, facta benefactis non redemptitauere.  
¶ Redemptura. Liu lib. 3, bel. Pun. Exhortandos, qui redemptur auxissent patrimonia; vt Reip. ex qua crevissent, ad tempus commodarent. Vlpianus in I. quicunque s. 1. ff. de institutoria actione: Labeo quoq; scribit. Si quis ijs pecunij sacerandis, agris colendis, mercaturis, redempturisq; sciendis præposuerit, &c.

REDINTEGRÆ] Liu ab Vrbe, 161, Tunc Papyrius sed integræ ira spoliati Magistrum equitum, ac virgas & secures expediti iussit.  
¶ Redintegro. Plin. in Paneg. 104, Hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renouare gaudia, redintegre latitudinem, nullamq; requiem gratulationis dare?  
Animum redintegrale. Cæsar 2, bell. Gall. 3, 22.  
Bellum. Liu. 1, ab Vrbe, 53.  
Memoriam. Liu. 3, ab Vrbe, 235.  
Pacem. Liu. 2, ab Vrbe, 62.  
Seditionem. Tacitus libro primo, Horum aduentu redintegratur seditione.  
Spem victoriz. Cæsar 7, bel. Gal. 104.  
Vires. Cæsar 3, bel. Gal. 4, 53.  
¶ Redintegratione. Terent. And. 3, 3, 24,  
Amantium ira, amoris redintegratione est.

REDINVNT] pro Redeunt, scripserunt Veteres. Festus.  
REDIPISCOR] Plaut. Trinum. 1, 4, 5,  
— inter eos in homines condalium te  
Recipisci postulas, quorum eorum manus surripuit curriti  
Cursori solum?  
REDITIO, REDITVS] Vide REDEO.  
REDIVIA] Moibus, quum curis extra vngues se soluit. Plin, lib. 29, cap. 2, 1, Lana succida rediuias sanat ex aqua frigida.  
Rediuia curare. Plin. lib. 18, cap. 4, 8.  
Rediuiz escarum. Solin. cap. 45, Trochilos, aus, est paruula. Ea dum rediuias escarum affectat, os belluz huiuscē pau latim scalpit, & sensim scalpurgine blandiente aditum sibi in vsq; fauces facit. Plin. lib. 8, cap. 25.  
REDIVIVS] animalculum, quod infixo semper sanguini capite vivit. Colum. lib. 6, cap. 2, 4, Venti quoq; & sub semina manum subiace conuenit, ne ad eiusmodi tactum postmodum pauecant, & vt rediuij, qui plerunque feminibus inhærent, eximantur. Plin. lib. 11, cap. 34.

REDIVIVS] Iuuen. Satyr. 6, 37,  
Ac velut exhausta rediuuuus pullulet arca  
Nummus, & è pleno semper tollatur aceruo.  
Bella rediuua. Silius lib. 10, 52.  
Gens rediuua. Silius lib. 1, 22.  
REDOLEO] Virg. 4, Georg. 34,  
Feruropus, redolentq; thymo fragrantia mella.  
Fætorem redoler. Colum. lib. 12, cap. 18, 2.  
Situs. Plin. lib. 12, cap. 12, 1.  
Solitudinem redolere. Plin. lib. 12, cap. 17, 5.  
Vitas. Plin. lib. 12, cap. 12, 2.  
¶ Redolens. Mella redolentia thymi flore. Ouidius 15, Metamorph. 16.  
Mala redolentia. Ouid. 8, Metam. 136.  
REDONO] Horat. 2, Carm. ode 7, 1,  
Quis te redonauit Quiritem  
Dijs patrijs, Italoq; cælo?  
Inuisum nepotem Marti redonabo. Horat. 3, Carm. ode 3, 7.

REDORDIOR] Plin. hb. 9, cap. 17, 5, Vnde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursumq; texendi. Et lib. 11, cap. 22, 2, Pl. ma eas redordiri, cuiusq; texere inuenit.

REDORMIO] Plinius epistol. 213, b, Pauium redormio: dein ambulo.

¶ Redormitio. Plin. lib. 10, cap. 73, In redormitione vanâ esse visa, propè conuicit.

REDOSTIO] Gratiam refero. Nævius in Lupo: Vel veniens regem salutat, iube Albanum milium comitem, senem, sapientem contrâ redostis menulus. Et Accius in Amphitryone:

Cedo, ecquid te redostitum, quum meassem, obieceret Facilius?

Redostit: Redi. Accius in Amphitryone;  
Quid hic redostit viam?

REDUCO] Sueton. in Caligula, cap. 27, Equitem Romanum obiectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit: abscessaq; lingua tarsus induxit. Liu. 8, bel. Pun. 24, Scutus copias redauxit.

Vesper vbi è pastu vitulos ad testa reducit. Virgilius 4, Georg. 8,

In viam reducere Plaut. Pseud. 10, 2.

Dum mox frondosa reducitur astas. Virg. 3, Georg. 60.

Amicitiam errantem reducere. Plin. in Paneg. 140.

Amorem scelerum reduxit, Lucan. lib. 4, 49.

Animum aliquius ad misericordiam reducere. Terentius Andr. 3, 3, 28.

Ad colorem. Plin. lib. 27, cap. 12, 7, Caustica vi exulcerat cicatrices, & ad colorem reducit.

Ad virtù concilium. Senec. de Benefic. lib. 3, cap. 9.

Aura reducit diem. Virg. 1, Georg. 50.

Ad diuitias reducere & reuocare Plaut. Cistel. 7, 18.

Varie & multipliciter ad etymum verba reducere. Quintil. lib. 1, cap. 6, 20.

Exemplum, libertatem, motem, Plin. epist. 94, lib. 4. Idem in Paneg. 130, Hæc nempe intentio tua, vt libertatem reuoces ac reducas. Idem epist. 190.

Febrim, Horat. 2, Serm. Satyr. 3, 59.

In gratiam. Terent. Andr. 5, 4, 46,  
Iam dudum reduxit me ipsa in gratiam.

Aurora reducit lucem, inuestia croceis rotis. Ouidius 3, Metamorph. 30.

Fortuna iterum reduxit luctus. Claud. 2, in Eutropium, 111.

Ad maciem reducere obesum corpus. Plin. lib. 24, cap. 8, 3.

A morte aliquem. Virg. 4, Aeneid. 75.

Passus. Valer. 5, Argon. 7, 5.

Ad planum cicatrices. Plin. lib. 20, cap. 9, 13.

Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit. Virg. 1, Aeneid. 30.

Somnum reducere. Horat. 3, Carm. ode 1, 5.

Spem mentibus anxijs. Horat. 3, Carm. ode 21, 4.

Reducere se vndiq; : pro coniurahere. Senec. epist. 14.

Reducere liberalitatem. Senec. de Benefic. 1.

Reducere: Liberare, & sine periculo recipere. Apuleius; Meque oppidū in arcem reduco.

Reducere: Reconciliare. Virg. 2, Aeneid. 36,

— numenq; reducant.

Reducere: Attenuare, vel refrenare. Senec. de Benefic libro 1, cap. 14, Nemo hæc ita interpretetur, tanquam reducam libertatem, & frænis arctioribus reprimam.

Redduco, propter carmen, apud Lucret. lib. 4, 201,

Et crebras redducunt naribus auras.

Reducens. Sinum nitidum reducens. Catul. in Camerium, epigram. 31, 3.

¶ Reductus. Virtus est medium vitiorum utrinq; reducuntur. Horat. 1, epist. 19, 2.

Reductus sinus: Replicabili. Virg. 1, Aeneid. 18.

Vallis reducta. Virg. 6, Aeneid. 141.

Reductus, & Eminens, opposita. Quintil. lib. 11, cap. 3, Ut qui singulis pinxerant coloribus; alia tamen reductiora, alia eminentiora fecerunt.

¶ Reductor. Liu. 1, ab Vrbe, 144, Reductor plebis Romanæ in vrbem, sumptus funeri defuit.

¶ Redux. Virg. 1, Aeneid. 79,  
Namq; tibi reduces socios, classemq; relatam Nuntio.

Reducere facere. Terent. Hecyra. 5, 4, 11,

Ergo, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris? Idem Heaut. 2, 4,

Ergo mea Antiphila, tu nunc sola reducem me iu patram facis.

Grataj aliquem reducem. Virg. 5, Aeneid. 8.

Carina redux. Ouid. epist. 6, 1.

Reduces: pro Redeuntibus, simpliciter. Plin. lib. 8, cap. 5, 3, Initur autem biennio, quinis (vt ferunt) cuiusq; anni diebus, nec amplius: sexto, perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen.

Reduces choreæ. Martial. lib. 10, 70.

**REDVL CERO**] Colum.lib.7,cap.5,7, Tepefactumq; medicamentum linitur scabre parti, quæ prius aspera testa vel pumice defricata reduceratur.

**REDVN C VS**] Plinius libro 11, cap.37,5, Alijs adunca; alijs reducna.

Rostrum redundum. Ouid.12, Metam.113.

**REDVN D O**] Guttare fac pleno sumpta redundet aqua. Ouidius 2, de Remed. 28.

Hesterna coena redundare. Plin.in Paneg.107, Non alij mardis somno, hesterna coena redundantes, comitiorum suorum nuntios opperiebantur?

Eloquo. Claud.5, Paneg.30.

Sera redundauit veteris vindicta libelli. Ouid.2, Trist.109.

Ex necessitate redundabit onus legatorum ad hunc drem. Vopian, in l. si seruus plurium sit, si quis ante ss. de legat. 1.

Damni periculum ad te non redundat. Imp. Alexand. I. & s. scisses. C. de administ. tut.

Redundat in. Plautus: Hoc facinus in tuu redundabit caput. In genus authoris miseri fortuna redundat. Ouidius 3, Trist. eleg.1,15.

Sicelus est, ipse me commissi prena redudet Ouid 6, Fast 91.

**¶ Redundatus.** Ouid.6, Fast.81, Amne redundatis fossa mada baquis. Idem 3, Trist.eleg.10,11.

**¶ Redundatio.** Plinius lib.11, cap.37,25, Certè nulli, sine redundatione eius, eruitur oculus. Idem libro 7, capite 6,1, Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati.

**¶ Redundanter.** Plinius Iunior libro 1, ad Cornelium Tacitum epistol.20, Ut illud immo dicere & redundanter, ita hoc ieiunè & infirmè.

**REDVVAIA**] Vide REDIVIA.

**REFECTIO, REFECTVS**] Vide REFICIO.

**REFELLO**] Terentius Phorm.1,2,32,

Quum tu horum nihil refelles, vincam scilicet. Virgil. 4, Aeneid.76,

—neq; te teneo, neq; dicta refello.

Fortunam refellere. Stat.2, Sylu.2,26.

Sensu non poslunt refelli. Lucret. lib.4,98.

Refello, & Approbo; conrari, Quint. lib.7, cap.4.

Ex te ipsa refellere. Quint. lib.5, cap.13,3.

Opprobria non poslunt refelli. Ouid. 1, Metam 153.

Refellere testem. Sueton. in Augusto. cap.56, Testem se in iudicis & interrogati & refelli, & quissimæ animo patibatur.

**¶ Refertus.** Domus referta. Senec. Medea, 17,11.

**Cum Genitio.** Gellius: Is librum multæ variaq; historiæ refertum compositum. Atticum, lib.8, 145,4, Erili propediem video bonorum, id est, lautorum & locupletum vibem refertam fore.

Mare refertum prædonum Cic. pro Rab. Posthumo, 12.

Ablatio. Puppis referta diuinitus. Claud.4, Paneg.27.

**REFERIO**] Terent. Adelph.4,2,29,

—quia miseram mulierem, & me seruolum,  
Qui referre non audebam, vicit; cui perficit!

Phœbus refertur imagine speculi opposita. Ouidius 4, Metamorph.70.

**REFERO**] Quintilian. Ad patrem arma non retulit. Tacitus:

Quum ex agris segetes domum referrent.

Subiectum referre. Colum.lib.11, cap.3,42.

Ad aliquem Plaut. Curcul.6,4,

Tute ipse, si quid somniasti, ad me refers. Virgilius 3, Aeneidos,12,

Delectos populi ad proceres, primumq; parentem,  
Monstra deum retero.

Ad aliquid. Quint lib.3, cap.11,18, Theodori scholia (vt dixi) omnia referat ad capita.

Acceptum refero versibus, esse nocens. Ouid.2, Trist.2.

In aula referri Iuuenal. Satyr.2,14.

In album referre. Liu.1, ab Vrbe, 130.

Aliquem ore referre. Virg.4, Aeneid.66.

Sed licet à paruis animum ad maiora referre. Ouid.1, de Arte amandi,99.

Animum ad mala sua referre. Ouid 2, de Remed.amor.33.

Aenean animo noxq; diesq; referit. Ouid epist 7,5.

In censem aliquid referre. Liu.9, bel. Maced.182.

Colorem paternum Colum.lib.7, cap.2,5.

Ad conscientiam referre omnia. Plin.epist.22, b.

Consilia in melius. Virg.1, Aeneid.57.

Dixeram ad osculum. Plin.lib.28, cap.2,15.

In deterius. Tacit.lib.13.

Diem referre dicitur sol. Virg.1, Georg.92,

At si quum referetq; diem, conderetq; relatum.

Ensem vaginæ referre. Silius lib.7,103.

Facta quæ mandata sunt. Plaut. Capt.7,86.

Figuras proauorum. Lucret.lib.4,245.

Gradum. Liu, ab Vrbe, lib.1,60, Et, quum, velut inter pugnas

fugæq; consilium trepidante equitatu, pedes quoq; referret gradum, plenis repente portis effusi hostes.

Returit ille gradus. Ouid.2, Fast. 10,1.

Gratiæ referre. Liu. 7, bel. Maced.149, Satiatus tandem complexu filij, Renuntiate, inquit gratias regi me agere: referre gratiam aliam nunq; posse, quæm vsuadæam, non ante in actum descendat, quæm in castra me rediisse audierit. Terent. Eunuch.2,3,93.

Nunc referam gratiam: atq; eas itidem fallam, ut ab illic fallimur.

Gratia referenda est emeritis. Ouid.1, de Ponto, eleg.8,13.

Gratia referatur fastis. Ouid.5, Trist.eleg.5,10.

Gratia plenius referre. Quint.lib.2, cap.10,11.

Referre gratiam in maius. Senec.de Benef.3.

Gratias. Plaut Amphit. 4,28.

Referre introrsus liberalitatem. Senec.1, de Benefic.

Honorem officij referre. Ouid.2, Metam.57.

Mandata ad aliquem. Cæsar 3, bel. Civil.220.

Mandata alicui. Virg.7, Aeneid.54.

Manum ad poplitem. Plin.lib.28, cap.4,5.

Referre in melius. Virg.11, Aeneid.83.

Morem referre. Virg.3, Aeneid.120.

Hunc morem, hos cursus, atq; hæc certamina primus Ascanius, longam muris quum cingeret Albam,

Retulit.

Mores patris. Plin.epist.111,c, Amisit enim filiam, quæ non minus mores eius, quæm os vultumq; referebat.

Inter metastos referre diem. Plin.de Viris illust.14.

Referre numerum. Virgil eclog.6,17.

In numeros. Plin epist.lib.52,b, Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est.

In numerum decorum. Suet.

Ora & oculos in aliquem. Virg.12, Aeneid.132.

Os in se. Ouid.2, Metam.6,1.

Reuoluta ora ad iuuenem. Valer.7, Argon.16.

Pari referre. Terent. Adelph.1,1,48.

Pedem Virgil 10, Aeneid.159.

Ille pedem referens, & inutilis inq; ligatus Cedebat.

Cæsar 1, bel. Civil.171, Pedem ferre, & loco excedere, non turpe existimarent. Liu. 3, ab Vrbe, 96, Inde signum obseruare iussit, ut pariter & loci rem inciperent, referentq; pedem; si receperui cecinisset.

Iamque pedem referens causas euaserat omnes. Virg.4, Georg.97.

Quam mollissimè pedem referre. Quint.lib.6, cap.4,15.

Reuoluta ad me pedem. Plaut Epid.10,3.

Quæstum maiorem referre. Colum.lib.1, cap.3,9.

Rationes. Cæs.2, bel. Civil.85, Relatis ad eum publicis rationibus cum fide, quod penes eum est pecunia, tradit.

Referre rationibus, & in rationes. Tranquillus in Vespafiano, cap.22, Iuuenalis: Referre in acta.

Referunt hæc ad rem. Plaut. Persa, 16,44.

Responsum referre. Cæsar 1, bell. Gall. 140. His responsis ad Cæsarem relatis, iterum ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mittit.

In peius ruere, ac retro sublapsa referri. Virgilius 1, Georgicon.40.

Saporem salis referre. Virg.3, Georg.80.

Se referre. Virg.4, Georg.36.

Dænum se referre. Horat.1, Serin. Satyr.6,23.

Ab æstu. Ouid.14, Metam.11.

Senium parentis. Colum.lib.7, cap.3,14.

Similitudinem. Plin.lib.22, cap.8,1.

In spem sibi aliquid referre. Plaut Epid.8,3.

In testum. Varro 3, de Rust. cap.6,3, Præterea oua emic, ac supponit gallinis: ex quibus ex his excusso pullos refer in id testum, in quo pauones habet.

Vicem. Ouid.1, de Arte,9,5.

Victoriam. Liu.4, ab Vrbe, 77.

¶ Referre: Reddere. Virg.lib.8, Aeneid.112,

O' mihi præteritos referat si Iuppiter annos,

Qualis eram. Plaut.Curcul.

Ni argentum referas.

Referre: Narrare, indicare Virg 2, Aeneid.110,

—referes ergo hæc, & nuntius ibis.

Pelidæ genitor.

Ordine referre. Ouid.9, Metam.1.

Hortefeo referens Virg 2, Aeneid.41.

Asta memoranda referre. Ouid.13, Metam.202.

Dicta. Ouid.1, Metam.132,

Facta. Horat.2, epist.1,27.

Palam facta. Ouid.3, Amor.eleg.13,2.

Magna facta. Ouid 4, de Ponto, eleg.8,18.

Pauca. Virg.4,Aeneid.67.

Pugnas. Ouid.12, Metam.32.

In ordine versus. Virg 7, eclog.4.

Vera. Ouid.3, Metam.132.

Tum senior tales referebat, pectora voces. Virg. 5, Aen. 82.  
Referre vocē. Virg. 1, Aeneid. 20.  
Ad aures alicuius referre aliquid. Ouidius 4, Trist. eleg. 9, 23.  
Virg. 3, eclog. 15.

O quoties & quā vobis Galatea locuta est,

Partem aliquam venti diuū referatis ad aures.

Referrur Plin. lib. 7, cap. 41, Vna fœminarum in omni æuo  
Lampido Lacedæmonia referuntur.

¶ Referre: *Resucare*. Senec. de Benef. lib. 1, cap. 14, Quare si  
quis existimat nos, quum ista præcipimus, benignitatis fi-  
nes introitus referē, & illi minus laxum limitem aperire.

¶ Referre: cum genituō. Sallustius in lugurtha, Faciendum ali-  
quid, quod illorum magis, quām suā, retulisse videretur.

Terentius Phorm. 4, 3, 41,

—paruit retulit

Non suscepisse: inuenta est quā dōtem petat.

Permagni referre eadem primordia sacer. Lucifer lib. 1, 186.  
Cum ablatiōnī, *Mea*, *Tua*, *Sua*, *Nostra*, *Vestra*. Plaut. Circul. 8,  
26, —nam quid id referit mea.

An aula quālla cum cinere effossus siet? Et Amphit. 8,  
108, *Tua* istuc referit, si curaueris. Terent. Phorm. 4, 5, 11,

Quid tua, malūm, id referit?

Cum auerby, *Multum*, parum & similibus. Marcialis lib. 9, 104,  
Multum, crede mihi, referit, à fonte bibatur,

Quā fluit, an pigro quā stupet vndā lacu. Quintilian.  
lib. 9, cap. 4, Plurimum referit compositionis, quā quibus  
antepenas.

*Cum insuffitino*. Terent. And. 3, 2, 16,

Interminatus sum, ne faceres! num veritus? quid retulit?

¶ Referit: *Adrem perire*. Plin. lib. 14, cap. 6, 10, Quidibz exemplis, nisi fallor, manifestum est, patiam solumque referre, non vuam. Idem lib. 16, cap. 30, 3, de arboribus cædendis: In infinitum referit luna is ratio, nec nisi à vicesima in tricessimam cædi volunt. Varro 1, de Rer. nat. cap. 8, 1, Referit, in-  
quam, quod genus vineæ sit; quid sunt multæ species eius. Plurimum referre. Plin. lib. 21, cap. 11, 8, Diximus & terram  
referre plurimum.

Non multum referit, an villatici corporibus graues, & pa-  
rūm veloces sint. Colum. lib. 8, de canibus loquens.

Nihil referit. Plaut. Rud.

Quomodo habeas, nihil id referit, iure, anne iniuria?

Nec terræ tantum natura circa has referit. Plinius libro 16,  
capite 13, 4.

Adeōne est fundata leuiter fides, vt vbi sim, quām qui sim,  
magis referat? Liu. lib. 2.

¶ Referit: *Necessitatem* est. Sallustius: si in tanto omnium metu so-  
lus non timet, eo magis referit, me mihi atque nobis timere.

Virgil. lib. 2, Georg. 21,

—neq; enim numero comprehendere referit.

¶ Relatu. Plin. lib. 2, cap. 11, 12, Præter hæc purgamenta a  
liqua relatu indigna; & algis potius anumeranda, quām  
an malibus.

Digna relatu. Ouid. 4, Metam. 159.

Fodūm relatu. Ouid. 9, Metam. 14.

Horrenda relatu res. Ouid. 15, Metam. 60.

¶ Relatus: Participium.

Causa relata mea est. Ouid. 1, Fast. 96.

¶ Relatus: Verbale. Tacit. lib. 17, Neque enim relatu virtu-  
tum in comparatione Othonis opus est.

¶ Relatio. Plin. epistol. 190, b. Et relationem quidem de eo  
Cæsar ad Senatum non remisit.

Meritorum relatio. Quint. lib. 4, cap. 1, 9.

Gratiæ. Senec. 5, de Benefic. cap. 11.

¶ Reforso. Festus: Referri diem prodicam, id est. anteferri,  
religiosum est: vt ait Veranius in eo, qui est auspiciorum  
de comitijs.

REFIBUO] Martial. lib. 9, 28,

Refibulauit turgidum faber penem.

REFERVEO] Plin. lib. 16, cap. 11, 4. Item terebinthinam in  
sartagine referenti.

REFICIO] Verbo reficiendi regere, substruere, sarcire, ædi-  
ficare, & aduherere, apponere, ea, quā ad eandem tem-  
opus sunt, continentur. Vlpianus, de riuis, lege prima. Cæs.  
4, bell. Gall. 572, Omnia deerant, quā ad reficiendas naues  
vñi sunt.

Reficere brevi repetitione rerum iudicū memoriam. Quint.  
in Procen. lib. 4.

Rates quāllas reficere. Horat. 1, Carm. ode 1, 4.

Puppes laceras refeci. Ouid. epist. 2, 9.

Templa ædesq; labantes reficere. Horat. 3, Carm. ode 6, 1.  
Testamentum. Vlpianus in 1, idemque erit, ff. de militari te-  
stamento.

¶ Reficere: pro Recreatio. Liu. 2, ab Urbe, Plebs Volernem  
Tribunum reficit. Plin. Quidum reficiendi animi gratia id fe-  
cisset. Idem in Paneg. 129. Adhæc tam assiduas in Tribu-  
nali, vt labore refici ac reparari videretur.

Refectus sum, cūm tua lego. Plin. epist. 6, 8.

Reficere exercitu ex labore & inopia. Cæsar 7, bel. Gal. 118.

Aurora reficit teneras herbas. Ouid. 3, Fast. 143.

Reficere le ab imbecillitate. Plin. lib. 26, cap. 11, 4, Reficienti-  
bus se ab imbecillitate vtilissima.

Vites cibo. Liu. 7, bel. Maced. 98.

Refici dicitur, qui conualescit. Plin. epistol. 164, iam hilari,  
iam libi, iam mihi redditu, incipit refici, transmissumq; aif  
crimen conualescendo remitteri.

Arte Aemonia refectus Thelephus. Stat. 1, Syll. 4, 21.

Opibus curisq; amici refectus Horat. 2, epist. 2, 28.

Furijs refecti ardebant. Virg. 4, Georg. 103.

¶ Refectus: Participium. Ouid. 4, Ealt. 122.

¶ Refectus: Verbale. Plin. lib. 18, cap. 7, 24, Panem ex hor-  
deo ant quis vñitatum, vita damnauit, quadrupedumque  
tradidit refectibus.

¶ Refectio. Colum. lib. 12, cap. 3, 8, Cæteraq;, si refectionem  
desiderant, fabris concinnanda tradanuntur.

Quies & refectio. Quintil. lib. 10, cap. 4, Tempora, ab ipsa re-  
rum natura ad quietem refectionemq; nobis data, in aer-  
atum labore convenerimus.

Refctioni valere Cels. lib. 3, cap. 15.

Ciborum refectio Celsus lib. 4, cap. 6, Si in refectione quoq;  
manserit tu illis, intermittere oportebit uno die.

¶ Refector. Sueton. in Vespasiano Cæs. cap. 18, Item colossi  
refectorem, insigni congario, magnaq; mercede donauit.

¶ Refacio. Plautus in Trucul. 18, 23, Nam refacere si velim,  
non est locus.

REFIGO] Columel. libro quarto, Nam siue prope truncum  
designit palus, pedali tamen spatio refigendus est. Virgil.  
lib. 4, Georg. 41,

—aulasq; & cerea regna refigunt.

¶ Refigere: fixum educere. Horat. 1, Carm. ode 28, 1,

—quamvis clypeo Troiana refixo

Tempora testatus. Horat. 1, epist. 19, 12,

Sub duce qui templis Parthorum signa refixit.

Leges figere, & refigere. Virg. 6, Aeneid. 25.

Sidera refixa cælo. Virg. 5, Aeneid. 106.

REFLAGITO] Catul. de Acme. ep. gram. 39, 3,

Persequamur eam, & reflagitemus.

REFLECTO] Plin. lib. 11, cap. 50, 1, Canum degeneres cau-  
dam sub aluum reflectunt.

Aciem reflectere Senec. Herc. furent. 8, 3.

Caput leniter reflectens. Catul. de Acme. epigram. 42, 2.

Colla mollia reflectunt. Virg. 11, Aeneid. 125.

Oculos reflectere. Ouid. 7, Metam. 69.

Pedem reflectit indè. Catul. Argonaut. epigram. 59, 23.

Vitis reflectere. Valer. 5, Argon. 91.

Avis reflectit in longos vngues. Ouid. 5, Metam. 110.

¶ Reflectere: *Resucare*.

Reprimere atq; reflectere. Terent. Adelph. 3, 2, 9.

Animum reflecti. Virg. 2, Aeneid. 149.

¶ Reflexus. Ceruix reflexa. Stat. 1, Achil. 77.

Telum reflectum rotabat obliquo marte. Silius lib. 16, 11.

Reflexum, & Rectum, contraria. Plin. lib. 11, cap. 37, 38.

REFLOR] passiuum. Lucet. lib. 4, 190.

Interiorē etiam partem spirantibus aëri

Verberat hic idem, quām ducitur, atq; reflatur.

¶ Reflatus: Verbale. Plin. lib. 9, cap. 6, Quorum vnum mer-  
gi vidimus, reflatu beluæ expletum vnda.

REFLOREO, siue REFLORESCO] Plinius lib. 18, cap. 16, 6,  
Secatur incipiens florere, & quoties floruit. Idem libro  
19, capite 8, 29, Cuius natura in carnarijs florescens se-  
pius dicta est.

Iuuentu reflorente ibat ouans. Silius lib. 15, 146.

REFLVO] Plin. lib. 2, cap. 87, 2, Nec vñquam eodem tempo-  
re quo pridie refluit. Virg. 9, Aeneid. 7.

Vndis refluentibus stridet mare. Virg. 4, Georg. 53.

¶ Refluus. Refluum mare. Plin. lib. 2, cap. 97, 9.

Gurges refluius. Stat. 5 Syll. 1, 19.

REFOCILLO] Plin. lib. 5, cap. 50, b. Ipse paucis diebus ægrè re-  
focillatus, non sine vñtionis solatio decessit.

Lugenter effacibus remedij refocillare. Senec. de Benef.  
lib. 3, cap. 9.

REFODIO] Plin. lib. 15, cap. 18, 5, Quā mitiore cælo refusi  
cum arboie, atq; in lucem remissa, nouos sales recipiunt.

Idem lib. 2, cap. 63, 7, Si vñli essent inferi, iam prof. & illos  
auaritiz atq; luxuriz cuniculi refadissent. Columel. lib. 4,  
cap. 32, Sed illud de integto refodi debet.

REFORMIDO] Frondes reformidant ferrum. Virgil. 2, Ge-  
org. 74, Quint. lib. 2, cap. 4.

Humus reformidat vulnus. Ouid. 1, Fast. 133.

Lumina reformidant insuetum solem. Ouidius 3, de Ponto,  
eleg. 4, 10.

Membra fauca reformidant taftum. Ouidius 2, de Ponto,  
eleg. 7, 1.

Mens reformatum tempus illud. Ouid. 3, Trist. eleg. 6, 6.  
**R E F R O M O**] Plinius in Paneg. 85, Ut ostendam, quā longa consuetudine corruptos depravatosque mores principatus patens nōster reformet & corrigit. Ouidius 11, Metamorph. 51.  
 Reformare, & velut reconquere. Quintil. lib. 12, cap. 6.  
 Reformare ad exemplum. Senec. epist. 94, Deinde iubentur unitari proposita, & ad illa reformare chirographum.  
 Reformare: *Constituere denū*. Hermogenes iuris. De publicanis & vestigalibus, l. vestigalia, Vestigalia, sine Imperatorum præcepto, neq; prætidi, neque curatori, neq; cuius constituere, neq; præcedentia reformare, & his vel addere vel diminuere, licet,

¶ Reformator. Plinius epistol. 165, libro 8, ad Minicianum: Ipsarum denique literarum iam senescientium seductor ac reformator.

**R E F O R M A T O R**] Colum lib. 2, cap. 1, Licet enim maiorem frustum percipere, si frequentii, & tempestiu, & modica stercoreatione, terra refouetur.

Complexibus refouet artus. Lucan. lib. 8, 14.

Corpus refouetq; founteq;. Ouid. 8, Metam. 108.

Membra refouere quiete. Silius lib. 3, 129.

Inungere ac refouere oculos. Plini. lib. 8, cap. 27, 3.

Absumptas vires refouere sacerore. Colum. lib. 2, cap. 14, 3.

Vires dat refouetq; deus. Stat. 6, Thebaid. 105,

¶ Refouere, per translationem. Plin in Paneg. 11, Siquid usquam stirpis antiquę, siquid residuum claritatis, hoc amplificatur, & refouet, & in ysum Recipib. promit. Ibidem, 29,  
 Quam speciosum est enim, quod disciplinam castorum lapsum extinxeratq; refouisti.

Igne tepidos refouet. Ouid. 2, Amor. eleg. 19, 3.

**R E F R A C T A R I V S**] Vide **REFRINGO**.

**R E F R A E N O**] Licentiam indomitam refragare. Horatius 3, Carm. ode 2, 4, 6.

Voluptas refranat mortis. Lucret. lib. 4, 219.

Illa refranat aquas, obliquaque flumina silit. De Medea. Ouid. epist. 6, 18.

¶ Refrānatus. Religione refrānatus. Lucret. lib. 5, 23.

¶ Refrānatio. Senec. 2, de Ira: Necessaria est illa doloris refrānatio; utq; hoc fortis virtus genus, & ad regiam mens adhibitis.

**R E F R A G O R**] Plin. epist. 63, b, Proinde hoc te non moueat, si cetera non refragantur, quae velim quam diligentissime examines. Plini. lib. 19, cap. 8, 4. Quidam Eunuchion, quoniam hac maxime retrahetur Veneti.

Refragatur illingenium. Quintil. lib. 10, cap. 6.

Refragare: *Sufragari*. Silenna, libro 22, Muli populi, plurime concionis Dicitur omnibus animis & studijs refragauerit.

**R E F R I C O**] Cato cap. 87, Id in linceum nouum indito: ex primo tremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito, & reficato denū.

**R E F R I G E O**, vel potius **R E F R I G E S C O**] Cato cap. 105, Vbi iam vinum refixerit, in dolium quadragenarium infundito. Colum. lib. 2, cap. 2, 23, Et boues inhibeant, ut colla eorum refrigerescant, quæ celeriter conflagrant, nisi assidue refrigerentur. Idem lib. 12, cap. 12.

Refixit amor. Ouid. 1, Metam. 85.

Refixerit res pro Refrigeris. Terent. Adelph. 2, 2, 24,

Nihil est, refixerit res.

Non refixit amor. Plin. epist. 94, a. lib. 1, Mansit hic postea, ne refixit iudicio, sed inualuit.

¶ Refrigerio. Refrigerare æstum. Plin. lib. 20, cap. 7, 5.

Piscinas. Varro de Re Rust. cap. 11, 9.

Thermas. Martial. lib. 5, 82.

Membra refrigerat vnda. Ouid. 13, Metam. 191.

Refrigerare testem. Quintil. De testibus interrogandis, lib. 5, capite 7, 18. Testis, inquit, brevi interlocutione patroni refutandus est; aut aliquo, si contingat, urbani dicto refrigerandus.

¶ Refrigeratus. Plin. lib. 12, cap. 15, 1, Myrrha melior radice refrigerata.

Refrigeratus: *Refocillatus*. Suetonius in Claud. Cap. 41, Et quum priūm fīquenti auditorio commis̄s̄et, ægrè perlegit, refrigeratus s̄pē à semetipso.

Amor inuentionis refrigeratur. Quintil. Tryphon. 2.

¶ Refrigeratio. Plin. lib. 34, cap. 13, 2, Addicitur & in emplastris, quibus lenis quāritur refi geratio & siccatio. Columel. lib. 11, cap. 11, 14, Qui cūm sit vna profectus, umbras arborum, fonticulorumque amoenitatem, vel auræ refrigerationem captavit.

¶ refrigeratrix. Plin. lib. 19, cap. 8, 4, Est quidem natura omnibus refrigeratrix.

¶ Refrigeratorius. Vis refrigeratoria. Plinius lib. 10, 22, cap. 16, 22, 22.

**R E F R I N A**] Faba dicitur, quæ ad sacrificium refiri solet do-

mum. Plin lib. 18, cap. 12, 2, Namq; fabam vtq; è frugibus referre, mos est, auspicij causā: quæ idēc̄ refrina appellatur.

**R E F R I N G O**] Plaut. Capt. 15, 10,

Cellas refregit omnes intus. Plin. epist. 34, 2, En otuerunt quidam tui versus, & inuitò te claustra tua refreges.

Cæsar 2, bell. Gall. 3, 48, Refringere portas.

Cæterem Liu. 4, bell. Maced. 169.

Aditus. Valer. 1, Argon. 120.

Domos. Valer. 8, Argon. 65.

Discordia refregit hostes. Horat. 1, Serm. Sæyr. 4, 13.

Sylvas refringens peccore. Stat. 4, Thebaid. 28.

Ref ingit virgula pede vago. Catul. de Berecynth. 8, 18.

Refringere & hebetare vnguum mucronem. Plinius lib. 8, cap. 15, 3.

Refringere vim fortunæ. Liu. 5, ab Vrbe, 166.

Opes alicius. Propert. lib. 3, eleg. 3, 9.

Angustissimo gyro ingeniorum impetus. Plin. epist. 205.

Radius solis retringitur. Plin lib. 2, cap. 59, 1.

¶ Refractus. A quilo refractus. Stat. 4, Sylu 5, 2.

Refibetis pudoris claustris. Plin. epist. 18, b.

¶ Refrætarius. Senec. epist. 74, Errant, si qui existimant, philosophia fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, & contemptores magistratum.

**R E F U G I O**] Plin. lib. 9, Venantes refugere (nempe pisces ipsos) in suas cavernas. Gellius: Postea quum prælio vietus in ultima regione refugisset.

Trepidusq; repente refugit Virg. 2, Aeneid. 76.

Ad urbem refugere Liu. 3, bell. Pun. 218.

A mari. Colum. lib. 1, cap. 5, 4.

Refugit Roman. Liu. 5, ab Vrbe, 175.

Ad planitus refugit Stat. 5, Sylu. 1, 6.

Refugunt memoriam nostram ista. Colum. lib. 12, cap. 50, 7.

¶ Refugere: *Desistare*. Columell. lib. 3, Idque adeò plurimi dubitant, ut multi refugiant & reformideat salem positionem ruris.

Procul hæc fortuna refugit. Ouid. ad Pisonem, 26.

Mors ipsa refugit virum. Lucan. lib. 2, 15.

Refugere inuidiam muneric. Senec de Benef. lib. 2, cap. 16.

Jurgia vicina refugit. Horat. 2 epist. 2, 5, 5.

Omnem Venerem refugiat Ophæus. Ouid. 10, Metam. 16.

¶ Refugis, Plin. de Viris illustribus: Quæ re auditæ, Seruimus, dum ad Curiam properat, iussu Tarquinij gradib. deie&us, & domum refugens, interfectus est.

¶ Refuga. Ulpianus in lautum damnum: de pœnis. Quiq; refuga ex opere metalli in metallum damnantur. Marcellus de re militari, in milites agrum Quia custodiz refuga, non detor militia est.

Vnbra refuga. Valer. 4, Argon. 9.

¶ Refugus. Tacit. lib. 12, Quibus iusterat, ut instantibus continuo resistenter, refugos non sequentur.

¶ Refugis: *Adiecum*. Sidonius: Capitis apex rotundus in patulum à plantis frontis verticem casantes refuga crispatur.

Mare refugum. Stat. 12, Thebaid. 127.

Capilli refugi à fronte. Lucan. lib. 10, 27.

¶ Refugis, qui pericolo effugit. Tacit. lib. 19, Quidam in castra refugi, omnia formidine implebant. Item, qui se fugi subducit. Ouid. epist. 17, 37.

Spemq; suo refugi fluminis ore sequi. Sic Plin. in Paneg. vocat Amnem, amnem refugum.

¶ Refugium. Suetonius in Tiberio: Ne refugium in tali fraude erit quam effugit Ulpianus in lat. si cuius rei. sed si ædium ff. de vñfructu, & quemad. quis vñfr. finiatur.

**R E F U L G E O**] Plinius libro 11, capite 28, 3, Nunc pennarum biatu refulgentes.

Clara in luce refulgit. Virg. 1, Aeneid. 119.

Rosea ceruice refulgit. Virg. 1, Aeneid. 82.

Humus refulgit luce purpurea. Ouid 6, Fast. 51.

Refulgens ab occulo Lucifer. Plin. lib. 2, cap. 8, 7.

Longe refulget nubes. Virg. 8, Aeneid. 125.

Sol refulget in liquida aqua. Ouid. 2, de Arte, 145.

Refulget radijs aduersa. Virg. lib. 9, Aeneid. 27.

Refulgere suspectu. Plinius lib. 9, cap. 38, 4, Color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemq; suspectu refulgens.

Vmbris refugere. Plin. lib. 37, cap. 3, 8.

Fama splendida refulget. Propert. lib. 3, eleg. 20, 2.

**R E F U N D O**] Plin. lib. 2, ca. 101, Glaciem refundat, cunctaq; humifisco spiritu laxet. Deluna,

Vnra refundit aquas. Propert. lib. 2, eleg. 27, 10.

Acquor refundit in æquor. Ouid. 11, Metam. 98.

Vnda refunditur. Stat. 9, Thebaid. 93.

Refundere alieni sanguinem & bona: pro Reddere. Liu. 1.

¶ Refusus. Refusum inare: Redundans. Plin. lib. 36, cap. 26, 1.

Oceanus refusus. Virg. 7, Aeneid. 45.

Ponto sonat vnda refuso. Virg. 2, Georg. 33.

Stagna refusa vadis. Virg. 1, Aeneid. 26, id est, effusa.

Valles

Valles refusa. Silius lib. 17, 13.

¶ Refusè. Colum. lib. 4, cap. 1, 3. Nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, quam gradus soli ciudi.

REFUTO] Manifesta refutant id. Lucret. lib. 2, 174.

Res vero refutat id. Lucret. lib. 2, 50.

Oratione seroci refutando plebem. Liu. 2, ab Urbe, 229.

¶ Refutatus: Verba.

Ancipiit refutatu conuincere falsum Lucret. lib. 3, 106.

¶ Refutatio. Firma refutatio. Quint. lib. 5, cap. 10, 40.

¶ Refutatorius. Refutatoriaz preces, l. 1, C. de relat. l. 18, C. de appell. Refutatorij libelli, l. 37, §. 1, C. eodem tit. l. 8, eodem in C. Theod. Iudex, a quo prouocatum erat, opinio- nis sua exemplum litigatoriis dare debebat, & acta edere. Quod si cui minus plena, vel contraria viderentur, is refutatorias preces osterebat, quæ simili mittebantur. l. 18, C. de appell. Symmach. libro 1, Epistol. 31, Cuius merita petennias vestra lexit gestis ac refutatorijs cohærentibus estimabat.

REGALIUS] Auis. Plinius libro decimo, Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 81. Pridie autem easdem Idus, auem regaliolum, cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ se inferentem, volucres varij generis proximo nemore prosecutæ ibidem disciperunt.

REGALIS] Vide REGO.

REGELA] Colum. lib. 1, cap. 5, 7. Idem lib. 2, cap. 16, Alter, quod assiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur. Idem lib. 10, 8,

Pot vbi Rypheæ torpentina frigora brumæ  
Candidus apricæ Zephyrus regelauerit aurum.

REGENERO] Plinius lib. 12, cap. 1, 8. Patani satæ regenerare vitium. Idem libro 7, capite 11, 2. Signa quædam, næ- uosq; & cicatrices etiam regenerari.

Regenerare auum. Plin. lib. 7, cap. 12, 2. Indubitatum exemplum est Nycæi, nobilis pyxæ, Byzantij geniti, qui adulterio Aethiopis nata matre, nil à ceteris colore differente, ipse auum generauit Aethiopem.

Regenero: Repræsenso. Plin. lib. 14, cap. 22, 7. Nec alio magis Drusus Cæsar regenerasse patrem Tiberium ferebatur.

REGERMINO] Plinius lib. 16, cap. 33, 3. Et in Aenaria suc- cisa regerminat.

¶ Regerminatio. Plin. lib. 17, cap. 20, 5. Regerminatione cæ- dua, vel salice latior.

REGERO] Plinius libro 2, capite 9, 5. In coitu quidem non cerni; quoniā haustum omnem lucis aucta illò regerat, vnde acceperit. De luna. Columel. lib. 2, cap. 10, 10. Deinde quum ad adulteram partem areæ peruenierint, in a- ceruum culmos regerant.

Contagia regerere. Plin. lib. 28, cap. 4, 3.

Crimen alicui Seneca Hippol. 5, 27.

Inuidiam in aliquem. Quintil. lib. 11, cap. 1.

¶ Regerere: In libeum reserit, quæ audiendo exceperimus. Quin. lib. 3, cap. 8. Sunt enim velut res regestæ in hos com- mentarios, quas adolescentis deduxerat scholâ.

¶ Regestus. Tellus regesta Ouid. 11, Metam. 38.

¶ Regestum: terra ex fulco egesta. Col. lib. 3, cap. 13, 7. Quum à superiori parte in inferiorum detrahitur humus, vix iu- stum pastinationi præbet regestum. Idem lib. 11, cap. 3, 8.

REGIA] Vide REGO.

REGIESCO] Festus, & apud eum Paulus: Regiescit, apud Plautum, significat crescere.

REGNO] Lucretius lib. 5, 49;

—quapropter, maxima mundi

Cum videam membra, ac partes consumpta regnii.

REGILLA] Vestis, auro & purpura intexta. Plaut. Epid. 5, 40. An regillam induculam, an mendiculam?

Regillis, tunicis albis, & reticulis hincis, utrisque rectis sur- sumuecum à stantibus, pridie nuptiarum virgines induitæ cubitum ibant, omnisca causa. Festus.

REGIMENT, REGINA, REGIO] Vide REGO.

REGISTRUM] Flavius Vopiscus in Probo: Vlsls, inquit, etiam ex registris scribarum porticus porphyreticæ.

REGLUTINO] Catull. ad Thallum, 21,

Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina, & remitte.

¶ Reglutinosus. Plin. lib. 11, cap. 15, sequens probatio, ut sit odoratum ex dulci acre, reglutinolum, perlucidum.

REGNO, REGNUM] Vide Rego.

REGO] Virg. 4, eleg. 4,

Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.

Lapis regitarua certis finibus. Tibull. lib. 1, eleg. 3, 9.

Animum regere Horat. 1, epist. 2, 13.

Animos dictis. Virg. 1, Aeneid. 32.

Bella. Silius lib. 7, 9.

Consilio em aliquam. Terent. Eunuch. 1, 1, 13.

Cursus. Virg. 6, Aeneid. 70.

Lunaque nocturnos alta regebat equos. Ouidius 1, Trist. eleg. 3, 6.

Fines regi dicuntur, quando agri propositis terminis finiuntur. Iustinian. lib. 4, tit. de officio iud. §. vit. Si finium regundorum actum fuerit, &c.

Habenas regere. Ouid. 1, Fast. 5.

Imperium. Virg. 1, Aeneid. 69.

Res imperio. Lucret. lib. 5, 227.

Italian imperij grauidam. Virg. 4, Aeneid. 46.

Ingenium alienum. Plaut. Bacchid. 8, 90.

Iter rex linus Theseus. Propert. lib. 2, eleg. 15, 1.

Mentem suam regere. Ouid. ad Pisonem. 12.

Mores suo exemplo. Ouid. 15, Metam. 167.

Opes. Ouid. 14, Metam. 155.

Ora equi. Ouid. 8, Metam. 8.

Imperio populos. Virg. 6, Aeneid. 171.

—d, qui res hoīnū amq; dūm q;

Aeternis regis imperijs. Virg. 1, Aeneid. 47.

Ratem regere arte. Ouid. 1, Trist. eleg. 3, 23.

Rates gubernacula regunt. Plinius lib. 12, cap. 19, 2.

Remo reguntur rates. Ouid. 1, de Arte, 1.

Senatum consilijs. Quint. lib. 2, cap. 16, 11.

Vrbes in longa pace. Virg. 7, Aeneid. 10.

Vides consilijs. Quintil. in Procrem. lib. 1, 8.

¶ Regendus. Senec. Octau. 8, 2. Regenda magis est feruida adolescentia.

¶ Regito. Varro 1, de Rustic. cap. 57, 3. Granaria in agro quidam sublimia faciunt, vt in Hispania citiore, & in Apulia: ita vt non solum à lateribus per fenestras, sed etiam subtus à solo ventus regitare possit.

¶ Rectus: Participium.

Rectus ad ingenium bonum. Plaut. Bacchid. 1, 8.

¶ Rectus: Nomen. Plin. lib. 12, cap. 19, 3. Recto cursu.

Recta coma: id est, pressa. Senec. epist. 96.

Consilium rectum & tutum capere. Terent. Heaut. 2, 3, 86.

Idem Andr. 2, 1, 11,

Quum valemus, recta confilia & grotis damus.

Ipse ego te ripis & recto flumine dicam. Virg. 8, Aeneid. 12.

Indoles recta: non depravata. Senec. Hippol. 20, 4.

Ingenia recta. Senec. Hippol. 21, 4.

Lux recta aut obliqua. Lucret. lib. 2, 160.

More recto seruat munia vita. Horat. 2, epist. 2, 27.

Ore recto voces emittere foras. Lucret. lib. 4, 112.

Platea recta: Via recta. Terent. Adelph. 4, 2, 44. Idem Phor- mione, 2, 1, 80,

—eo Recta via quidem illuc.

Truncus rectus. Ouid. 2, Metam. 165.

Tunica recta dicebatur, quæ ita contexta erat, vt veluti ri- gens staret. Festus.

Via recta rem narrare. Terent. Heaut. 4, 3, 28.

—imò vt recta via rem narrat ordine.

Via recta animi. Propert. lib. 3, eleg. 5, 2.

Rationem rectæ honestaq; vita (vt quidam putauerunt) ad philosophos relegandam, non concederim. Quintilian. in Procremio, lib. 1, 8.

Longa trabe rectior. Ouid. 3, Metam. 16.

Rectus, cum gentino: Rectus iudicij animus. Seneca de Vi- ta beata.

¶ Rectum: substantinè, Curuo dignoscere rectum. Horat. 2, epistol. 2, 9.

Non agere iter in rectum. Ouid. 2, Metam. 144.

Videre rectum. Horat. 2, epist. 1, 13.

Amor recti. Stat. 5, Sylu. 3, 50.

Conscia mens recti. Virg. 1, Aeneid. 122.

Capeſſere recta. Horat. 2, Serm. Satyr. 7, 2.

Colere rectum Ouid. 1, Metam. 19.

Præponere rectum utilibus. Claud. 2, Paneg. 21.

Animi rectum seruare. Horat. 2, Serm. Satyr. 3, 40.

Quidue ad amicitias, vfls, rectumue trahat nos. Horatius 2, Serm. Satyr. 6, 15.

¶ Recta. Terent. Eunuch. 1, 2, 7,

Cur non recta introibas?

¶ Recte. Terentius Hecyra 3, 2, 20,

Quid tu igitur lachrymas? aut quid es tam tristis?

p. A. recte mater.

Recte: pro Nihil: Terent. Eunuch. 2, 2, 49.

Dum haec dicit, abiit hoīa: rogo, nunquid velit?

Recte, inquit: abeo.

Recte: pro seſſe. Terent. Adelph. 3, 3, 79.

Tu rus binc abis? p. recte.

Recte facitis: Gratiarum aſſio. Terent. Eunuch. 2, 2, 54,

Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. c. I.

dem arbitror. G. Recte facitis.

Recte patere. Terent. Hecyra. 4, 1, 17,

—præſertim quum & recte, & tempore suo pepererit.

¶ Recte, pro iuſſe. Terent. Andr. 3, 4, 53, —vincitus est.

p. Pater, non recte vincitus est. Et Andr. 4, 5, 27,

Recte ego semper fugi has nuprias.

Recte abutii. Quijatil.lib.6, cap.10,5, Potest videri hoc nomine recte abusus.

Recte: *Responso ad Quid sit?* Terent. Adelph.5,5,3,  
Quis homo? ô Syre noster, salve; quid sit? quid agitur?  
s. recte, n. optimè est.

Non recte dicere alicui. Plaut. Pseud.19,23.

Recte dicens. Terent. Adelph.4,3,18,  
Et recte, & verum dicens. Plaut. Capt.17,7,

Recte & vera loquere: sed neq; tu verè, neq; recte adhuc  
Fecisti vñquam.

Est recte: pro, *Satis est.* Terent Heaut.2,1,16,  
Tum quod dem ei, recte est: nam nihil esse mihi, reli-  
gio est dicere.

Facere alicui recte. Plautus Aulul.10,12.

Ferre molestias recte. Terent. Eunuch.1,1,33.

Meministi recte. Plaut Pseud.20,49, Terent. Heaut.3,2,43,  
—sat recte hoc mihi

In mentem venit.

Ministrare recte. Horat.2, Serm. Satyr.8,14.

Oleum recte. Plautus Mostel.4,116.

Oneratus recte. Plaut Bacchid.5,114,  
Ille est oneratus recte, & plus iusto secum vñbit.

Otia ponere recte. Horat.2, Serm. Satyr.7,23.

Valete recte. Plaut. Bacchid.4,14,  
Quia si illa inuenta est, quam amat, viuit, recte valet.

Viuere recte. Horat.1, epist.6,6.

¶ Rectus. Plaut Metc.16,61,  
Eadem, licet et mox coenare rectius.

Rectius rem meminisse. Plaut Epid.11,26.

Rectius rem tenere. Plaut. Amphit.3,110.

Rectius valere. Plaut. Trinum.4,9.

Perspicere rectius. Lucret lib.1,32.

¶ Rector, & Rectrix Columel libro 3, capite 10,8. Videmus  
hominibus inspirata, velut aurigam, rectricesq; mem-  
brorum animam. Plinius lib.37, cap.13,3, Italia rectrix pa-  
rensq; mundi altera.

Maiestas rectoris Silius lib.15,82.

Iuppiter diuū maximus rector Virg.8, Aeneid.115.

Iuuenum rectores. Virg.9, Aeneid.35.

Olympi rector. Ouid.9, Metam.101.

Pelagi. Ouid.1, Metam.67.

Centum populorum. Ouid.7, Metam.97.

Regum rector maximus. Senec. Troade.10,24.

Superum rector. Ouid.1, Metam.234.

¶ Regimen. Liu.3, ab Virbe.137, Regimen totius magistra-  
tus penes Appium erat, fauore plebis. Plin.lib.7, cap.16,3,  
Vocis sermonisq; regimen primores tenent dentes.

In quo confilium vita regimeneque locatum est. Lucretius  
lib.3,19.

Cruentum regimen manu tractare. Stat.11, Thebaid.132.

Lentum regimen. Senec. Agamemn.6,8.

¶ Regimentum. Arcaid.in l.1 §.1, de officiis Praef.præt. Regi-  
mentis Reipub. ad Imperatores perpetuò translatiis.

¶ Regula. Columel. lib.10 tertio, capite 13,10, Nam duas re-  
gulas eius latitudinis, qua pastinatores sulcum facturus est,  
in speciem Græcæ literæ X decussauimus: atque ita me-  
dix parti, qua regulae committuntur, antiquam illam ci-  
coniam in fiximus.

Ad regulam loqui. Quintil.lib.9, cap.4, Neq; enim loquuti  
sunt ad hanc regula n. & diligentiam primi homines.

Regula peccatis quæ poenas irroget e quas. Horat.1, Serm.  
Satyr.1,24.

¶ Regula: *Baculus quo aliquid rectum tenetur.* Columel.lib.6,  
cap.19,2. Ibidem, cap.62,1, Deinde prius, quam ferrum  
admoueras, duabus angustis lignis regulis (veluti forcipi-  
bus) apprehendere testium nervos.

Prima regula in fabrica. Lucret.lib.4,105.

Regula: *Instrumenum, eundem usum prebens in factura olei,*  
*quem fiscus.* Columel libro 12, cap.50,9. Aut regulis, si con-  
fuetudo erit regionis, aut certe nouis fiscis sampse expro-  
mi. Ibidem, cap.52,1.

¶ Regularis. Regularæ, quod obsequitur malleis. Plinius  
lib.34, cap.8,43, In Cypro coronarium æs & regularis est,  
virunq; ductile.

¶ Regulariter. Vlpianus in l. quod si seruus, §.2, ff. de in rem  
verlo. Et regulariter dicimus, totius de in rem verso es-  
se actionem. Idem in l. regulariter definiendum est, de pe-  
tit. hæred.

¶ Rex. Terent. Phorm.

Regem me esse oportuit.

Triumphi regum Ouid.1, Amor. eleg.15,7.

Cælicolum rex Virg.3, Aeneid.4.

Deorum Horat.4, Carm.ode 4,1.

Pater diuū, & rex hominum, Iuppiter. Virg.1, Aeneid.14,  
Et lib.10,1.

Rex fluviorum, Eridanus. Virg.1, Georg.96.

Magnus rex Olympi. Virg.5, Aeneid.107.

Rex regum. Horat.1,22.

Acquæsus rex. Virg.2, Aeneid.113.

Fortissimus gentis Sidoniz. Silius lib.8,42.

Indomitus. Lucan.lib.2,116.

Infernus. Virgil 6, Aeneid.22.

Magni reges. Horat.2, Serm. Satyr.3,9.

Minantes reges. Horat.2, Carm.ode 12,3.

Purpureus rex. Ouid.7, Metam.21.

Semidei reges. Stat.2, Achilleid.73.

Superbus rex. Virg.11, Aeneid.3, Lucifer.lib.5,246.

Timendi reges. Horat.3, Carm.ode 1,1.

Tremendus rex. Virg.4, Georg.94.

Pauperes abastra epulis regum. Horat.2, Serm. Satyr.2,9.

Colcie reges, non regna. Senec. Herc. Oetzo.5,7.

Atavis editus regibus Horat.1, Carm.ode 1,1.

Reges expugnant, capiuntur, prælia miscent. Lucretius li-  
bio 4,204.

Imperia regum pati. Seneca Herc. furem.6,13.

Patr. famulus & regem Senec Herc. Oetzo.3,12.

Initiatur animi regis succurrere rectis. Virg.2, Aeneid.91.

Regibus hic mos est vbi equos mercantur, opertos

Inspectuant. Horat.1, Serm. Satyr.2,18.

Hinc populum latè regem, belloq; superbum

Venitum exordio Libyæ. Virg.1, Aeneid.5.

¶ Rex pro R. Horat.1, Carm.ode 36,2, — memor  
Actæ cum alio rege pueritate. Terent. in Phorm.2,2,24,  
In toto enim nemo fatis pro merito gratiam regi referit.

Colum. in Præfat. lib.1,7.

Rex: Potentior. Mart.lib.2,18.

Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

Rex: Dux. Horat.2, Carm.ode 14,3, — siue reges,

Sive inopes crimus coloni.

Rex factorum plin.lib.11, cap.37,56.

¶ Regina. Regina deuni, Luno. Virg.1, Aeneid.

Regina: Domina. Plaut. Trucul.10,51,  
Sed regina domi suæ fuisse ambaz.

Pecunia regina Horat.1, epist.6,8.

Siderum regina bicornis Luna. Horat. in Carm. secul.7.

Reginæ: Divites. Terent. Eunuch.1,2,88,  
— eunuchum portò dixi velle te;

Quia solæ viuntur his reginæ: tepperi.

¶ Regulus. Plin.lib.18, cap.3,12, Ut quum regulis Africæ bi-  
bliothecas donaret. Liu.1, bel. Pun.6.

¶ Regulus: Avis. Plin.lib.10, cap.74.

¶ Regius. Ales regia: Aquila. Ouid.4, Metam.75.

Charæ regia. Catul ad Varum.19,2.

Coniux regia. Virg.2, Aeneid.1,57.

Dona regia. Virg.1, Aeneid.141.

Honor regius. Virg.9, Aeneid.163.

Regium imperium pati. Senec. Medea.4,3.

Insigne regium. Tacit. b.5.

Iuuenis regius. Ouid.2, Faust.133.

Moles regia. Horat.2, Carm.ode 15,1.

Morbus regius; qui & arquatus Plin.lib.22, cap.24,8. Varro,  
regium cognom natum moribum arquatum tradit, quo-  
niā inuso curetur. Horat. in Arte.42,

Aur mala quem scabies, aut morbus regius vrget.

Celsus lib.3, cap.24, Acquænotus est morbus, quem inter-  
dum arquatum, interdum regium nominant.

Olea regia. Colum.lib.5, cap.8,2.

Patens regia. Ouid.13, Metam.97.

Progenies regia. Ouid.2, de Ponto, eleg.9,1.

Puer regius. Virgil.1, Aeneid.134.

Pyra regia. Columella libro quinto, capite 10,12, Et libro  
12, capite 10,3.

Sanguis regius. Horat.3, Carm.ode 27,13.

Virgo regia. Ouid.2, Metam.174.

Vrbs regia. Plin.lib.12, cap.1,4.

Civitatem regiam Aegyptiæ inuenisse, popularum Atti-  
cos: scribit. Plin.lib.7, cap.56.

¶ Regia. Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Ouid.  
2, Metamorph.1.

Iampridem nobis cæli te regia Cæsar

Inuidet. Virg.2, Georg.10,1.

Autea regia cæli. Virg.7, Aeneid.42.

Celsa regia Priami. Ouid. epist.1,7.

Opulenta regia. Catull. Argon. epigr.59,9.

Hic fuit antiquæ regia parua Numæ. Ouid.3, Trist. eleg.1,6.

Festaq; confusa reformabat regia turba. Ouid.12, Metam.43.

¶ Regiæ. Politum regiæ ædificium. Varr.1, de Rust. ca.3,9.

¶ Regificus. Paratus regificus. Valer.2, Argon.13,1.

¶ Regificè. Regificè exstructis celebrant coniuia mensis.

Silius lib.1,15.

¶ Regalis. Animus regalis. Liu.7, bel. Pun.

Arma regalia. Propert. lib.4, eleg.4,5.

Armentum regale. Ouidius 2, Metam. 169.  
 Atria regalia. Ouidius 5, Metam. 1.  
 Aula regalis. Senec. Troade, 8, 8. Claud. 1. in Ruffinum. 23.  
 Carmen regale. Ouidius 4, de Ponto, eleg. 16. 2.  
 Cultus regales. Horat. 4, Carm. ode 9. 3.  
 Diuitiae regales. Horatius 1. epist. 12. 2.  
 Domus regalis. Ouidius 1, Metam. 35.  
 Epulæ regales. Ouidius 6, Metam. 9. 8.  
 Gaza regali splendida domus. Catul. Argon. epigr. 59. 10.  
 Imago regalis Iouis. Ouidius 6, Metam. 15.  
 Impendia regalia. Plinius libro 36, cap. 15. 10.  
 Luxus regalis. Virg. 1, Aen. 129.  
 Mensæ regales. Virg. 1, Aen. 139.  
 Sceptrum regale. Ouidius 5, Metam. 8. 5.  
 Et dedimus iugis scriptum regale cothurnis. Ouidius 2,  
 Trist. 110.  
 Solium regale. Liu. 1, ab Urbe, 10. 5, Dij te penates patrīq,  
 & patti imago, & domus regia, & in domo regale so-  
 lum, & nomen Tarquinium, creat vocatq; regem. Oui-  
 dius 6, Fast. 7. 1.  
 Te & regalia. Ouidius 6, Metam. 123.  
 Virgo regalis. Ouidius 1, de Arte, 140.  
 Regalia extra appellantur, quæ potentibus insperatum  
 honorem pollicentur: priuatis & humilioribus hæredi-  
 tates: filiotamília dominationem. Festus.  
 Regaliter. Ouidius 2, Metam. 80,  
 — precibus minas regaliter addit.  
 Regio Certa regio loci. Lucretius libro 2, 53.  
 Agrotum regiones. Iustinian lib. 4, tit. 17, de officio iud. 6.  
 vit. Quod si de vnâ re, veluti de fundo: si quidem iste fun-  
 dus cōmodè regionibus diuisionem recipiat, partes eius  
 singulis adiudicare debet.  
 Deferta sit regio. Virg. 4, Aen. 9.  
 Ignota. Ouid. 2, Metam. 41.  
 Eu-yale infælix, quæ te regione reliqui? Virg. 9, Aen. 79.  
 Velpertina regio. Horatius 1, Serm. Sat. 4. 6.  
 Arctis regionibus exire. Lucretius libro 6. 25.  
 Viarum regio nota. Virg. 2, Aen. 148.  
 Reclita regione vir declinare. Lucretius libro 2, 50.  
 E' regione. Casar 7 bel Gall. 140, Quum vterq; viriq; es-  
 set exercitu in conspectu, sereq; è regione castris castra  
 ponere.  
 Regionatim. Sueton in Cæs cap. 39. Ludos etiam regio-  
 natim vrbe totâ, & quidem per omnia linguarum histrio-  
 nes. Liu. 10 bel. Maced. d. 204.  
 Regnum. Dominatus; siue dominatio. Plaut. Pseud. 3, 13.  
 Sub Veneris regno vapulo; non sub Iouis.  
 Custos regni peruvigil canis. Senec. Herc. fur. 9, 39.  
 Euctor regnum Priami Achilles. Virg. 12, Aen. 109.  
 Fructus regni feritas. Sil. lib. 1, 30.  
 Nouitas regni. Virg. 1, Aen. 114.  
 Adusta regna. Seneca Herc. fur. 4. 7.  
 Altera. Stat. 1, Theb. 1. Barbara. Horatius 2, epist. 1, 51.  
 Cælestia. Ouidius 1, Metam. 31.  
 Diffona. Valerian. 5, Argon. 122.  
 Farnosa. Lucanus libro 7, 56. Furentia. Silius libro 3, 99.  
 Huberrima. Virg. 3, Aen. 22.  
 Humida. Virg. 4, Georg. 73.  
 Ignobile regnum. Horat. 1, Serm. Sat 6, 2.  
 Inamabile regnum Plutonis. Ouid. 14, Metam. 118.  
 Inamea na regna Plutonis. Ouid. 10, Metam. 3.  
 Inferna. Seneca Herc. fur. 11.  
 Infelix regnum Erebi. Stat. 8, Theb. 5.  
 Inhospita. Ouid. 11, Metam. 57.  
 Iniuista. Valer. 2, Argon. 122.  
 Iniuia viuis regna. Virg. 6, Aen. 31.  
 Latum regnum. Claud. 2, Paneg. 41.  
 Lamentabile. Virg. 2, Aen. 1.  
 Lata regna. Virg. 4, Aen. 40. Ouidius epist. 2, 23.  
 Magni regni potentia. Ouid. 6, Metam. 31.  
 Nobile regnum. Ouidius epist. 16, 27.  
 Opulenta regna. Seneca Theb. 1, 11.  
 Pallida regna Ditis. Lucanus libro 1, 91.  
 Picuum regnum Ditis. Claud. 3, de raptu Proserp. 18.  
 Potentia regna. Ouidius 1, Amor. eleg. 1, 5.  
 Stabile regnum Seneca Herc. fur. 6, 2.  
 Tristia regna. Horat. 3, Carm. Ode 4, 10.  
 Trux regnum. Seneca Herc. fur. 9, 22.  
 Vasti regni silentia. Ouid. 10, Metam. 6.  
 Viduata regna lumine. Silius libro 3, 122.  
 Vndosa regna; Naiadum. Silius libro 5, 5.  
 Affactare regnum. Ouid. 1, Metam. 31.  
 Capessere regna. Virg. 8, Aen. 102.  
 Concutere regna Iouis. Seneca Medea, 10, 8.  
 Vultis & his mecum pariter considere regnis? Virg. 1, Aen. 116.  
 Superis regnis Iouem detrudere. Virg. 6, Aen. 121.

Dividitur ferro regnum. Lucanus libro 1, 22.  
 Dominari regno capaci. Senec. Herc. fur. 9, 9.  
 cibus, aut computuit (quorum virum liber ructus ostendit) ei ciendus est. Plin. lib. 20, cap. 12, 1. Anthrum quoque  
 ructus mouet, & tornina sedat.  
 Crebri ructus, cruditatis indicium. Colum. lib. 6, cap. 6, 1.  
 Ructu grauis herba. Plin. lib. 24, cap. 15, 6.  
 Ructo. Plaut. Pseud. 23, 13. Peigin' ructate in os mihi  
 Iuuenal. Satyr. 3, 11,  
 Si bene ructauit, si rectum mixxit amicus.  
 Ructor. Deponens.  
 Ructariae. Varro 3. de re Rustic. cap. 1, 2. Versus. Horati-  
 us in Arte, 42.  
 Ructatus. Silius lib. 15, 85,  
 Permisitque mero ructatos ore cruxores.  
 Ructatrix. Marcialis lib. 10, 48,  
 Nec deest ructatrix menta, nec herba salax.  
 Rufo. Spiritus ructuos. Quintil. lib. 4, cap. 1, 87.  
 RVDENS] Vide RVDO.  
 RVDERÓ, RVDETVM] Vide RVEVVS.  
 RVDARIVS] Vide RVDIS, substantiuum.  
 RVDIMENTVM] Vide RVDIS, adiectiuum.  
 RVDIS] substantiuum. Virga impolita. Cato de re Rustic.  
 c. 104. Hæc rude miscebo tecum in die, dies quinq; continuas.  
 Rudibus solitos pugnare gladiatores, testis est Lampridius:  
 quum ait, Commodum in arena rudibus inter cubicula-  
 res gladiatores depugnasse.  
 Donatus rude. Horat. 1. epist. 1, 1. Iuuenalis:  
 Ergo sibi dabit ipse rudem; si nostra mouebunt  
 Consilia.  
 Rudem meruit. Marcialis lib. 5, 93.  
 Rudicula. Cato cap. 9. de re Rust. 9. amurcam ignileni co-  
 quito: rudicula agitato crebro. Plin. lib. 20. Non est opus in  
 hoc vnu, lanas rudiculis esse curatas. Col. lib. 12, cap. 46, 3.  
 Rudiarius: donatus rude. Suet. in Tiberio, cap. 7. Rudiarijs  
 quoq; quibusdā, revocatis authoramento centū milium.  
 RVDIS] Adiectiuum.  
 Ad bella rudis. Luius 4. bell. Punic. 217.  
 Ad malam iampidem non sumus villa rudes. Ouid. 3. de Pon-  
 to, eleg. 2, 4.  
 Ad seditiones rudis. Luius 8. bell. Punic. 131.  
 Rudes, & omnium ignari Quintilianus lib. 1, cap. 8, 3.  
 Rudes artium homines Luius 1. ab Vrbe, 28.  
 Bonarum artium rudes. Tacitus lib. 1.  
 Belli rudes. Horatius 2. epistol. 2, 10.  
 Coniugij rudes iuuenca. Ouidius 4. Fastorum. 68.  
 Opérum rudes iuuenca. Ouid. 1. Fast. 17.  
 Rerum rudes. Valerius 1. Argon. 155.  
 Dicendi rudes. Tacitus libro 1.  
 Rudis tractandi militares animos. Curtius libro 4.  
 Rudis: impoliti animi. Plin. lib. 2, cap. 7, 9. Sedere cœpit senten-  
 tia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam  
 cursu vadit.  
 Annri rudes. Claud. 6. Paneg. 17.  
 Capilli. Seneca Hippol. 3, 10.  
 Carmen rude. Ouidius 1. Trist. eleg. 6, 5.  
 Ingenium. Horatius de Arte, 83.  
 Lanæ rudes. Ouid. Epist. 1, 16. Materia rudes. Lucan. li. 2, 2.  
 Moles rudes indigestaque. Ouid. 1. Metamorph. 2.  
 Petrus rudes. Ouid. epist. 4, 2. Populi rudes. Ouid. 1. Fast. 8.  
 Puer rudes ignoto amore tactus. Ouid. 2. Amor. eleg. 1, 2.  
 Simplicitas rudes. Ouid. 3. de Arte, 23.  
 Vetus rudes. Ouid. 1. Fast. 27. Vulgus rudes. Ouid. 1. Fast. 59.  
 Rudis:

¶ Rudis: pro Rustico. Iuuenal Satyr. 11.10.

Tunc rudis, & Graias mirari nesciis artes.

¶ Rudimentū. Clara rudimēta primā militiā. Stat. 5. Syl. 2. 2.

Dicendi rudimenta. Qujntil lib. 2. cap. 1. 6.

Rudimentum lucis. Plin lib. 7. in Proœmio. 3.

Rudimenta tyrocinij deponere sub aliquo. Iustinus lib. 9.

Rudimentum puerilis regni. Liu. 1. ab Urbe. 11.

Incrementa & rudimenta. Curtius lib. 5.

Turperudimentum. Ouid. epistol. 5. 20.

RVD o] Persius Satyra. 3. 1.

Fondor, vt Arcadiæ pecuaria ruderere credas.

¶ Rudeo. Lucilius:

Hæc in qua m ruderet ex rostris, atque hinnilitabat.

Sono intempestiu rudit asellus. Ouid. 6. Fast. 69.

Vt rudit à sebra turpis asella mola. Ouid. 3. de Arte. 18.

¶ Rudere, de leonibus, & hominibus. Virgil. 7. Aeneid. 4.

— sera sub nocte rudimentum. Idem 8. Aen. 50.

Inclusumq; cauo saxo, aq; infusa rudentem.

¶ Rudens. Virgil. 3. Aeneid. 113.

— primusque rudentem

Contosit lœuas proram Palinurus ad vndas.

Asellus rudenſ. Ouidius 1. Fast. 87.

Leones rudentes. Virgil. 7. Aeneidos 4.

¶ Rudens: Funis nauticus. Virgil. 1. Aeneid. 19.

Insequitur clamorq; viuum, stridorq; rudentum. Plautus Rud. 2. 1.

Heus, mane g. quid mancam! t. dum hanc tibi rudentem, quam trahis complico.

Aptare remos & rudentes. Virgil. 5. Aeneid. 151.

Excutere rudentes. Virgil. 3. Aeneid. 137.

Iastare. Ouid. 4. de Ponto. eleg. 9. 15.

Laxare excussoſ. Virgil. 3. Aeneid. 54. (1.49.

Innumerous rudentes porrexit puppis vtrinque. Stat. 5. Syl.

Intorti rudentes sustollunt vela. Catull. Argon. 59. 47.

Durostra tare rudentes. Iuuenal. Satyr. 6. 1.

¶ Rudentibulus. Pacuvius vitruvius: vtauthor est Varro libro 4 de Lingua Latin.

RVD vs] res rodus, & aspera. Liu. 6. bell. Punic. 55. Aeris acerui quum ruderet milites religione inducti iacerent, post profec̄tionem Annibal is magni inuenti.

Nouum rodus: materia p̄famēni. Vitruvius lib. 7. cap. 1. Plin. lib. 36. cap. 25. 3.

Vetus rodus. Plinius: Complanatae veteri ruderere erant viæ. Rudus rediuum. Vitruvius lib. 7. cap. 1.

¶ Rudero. Vitruvius lib. 7. cap. 1. Tunc insuper statum invenitur, de minore falso, quād quod posse manū implere, statum nationibꝫ inductis ruderetur.

¶ Rud ratio. Vitruvius lib. 7. cap. 1.

¶ Rud r̄ tusager. Plin. lib. 1. cap. 4. 6.

¶ Rud tum Cato cap. 38. Lentim in rudo & rubicoso loco qui herbosus non siet, ferito. Idem cap. 37. Ager rubricolus, & tetra pulla, materina, rudenta, arenosa.

¶ Ruderarium eribrum, vilius & furfurariū, Apuleius dixit.

¶ Rudulicum, non modo pro ære infecto vulgus usurpat; se letiam pro lignato, vt cōm dicunt in mancipando: Rudusculo libram ferito; id est, Asse libram tangito. Festus.

RVFVS] Martial. libro 14. 129.

Roma magis fusci vestitur; Gallia rufis. Terentius Phormion. 1. 1. 1. (1)

Si quis me queret rufus. Idem Heaut. 5. 5. 17.

Rufinae illam virginem, &c.

Agna rufa. Horat. a Sermon Satyr. 3. 43.

Color rufus. Plin lib. 2. cap. 1. 2.

Gingia rufa. Catull. in Egnatium. 37. 3.

Velatantea & rufa. Lucretius libro 4. 15.

¶ Rufior Plin lib. 6. cap. 14. 1. Namque & materies matris dura, rufiorque ac nodosa.

Rufulus. Plautus Asin. 8. 20. Idem Amphitr. 16. 63.

Vt primum coiuit cicatrix rufula.

¶ Rufo Plin. lib. 15. cap. 22. 2. Rufatur capillus, primum prodentibus nucleis. Et lib. 23. cap. 2. 7. Tunc addito lentisco no oleo illita, vna nocte rufat capillum.

¶ Rufesco. Plinius libri 10. capite 20. 4. Grues senectute nigrescunt; Metula ex nigra rufescit. Idem libro 25. cap. 4. 9.

RVG A] Aniles rugæ Ouidius 14. Metamorph. 20.

Cauz Ouid. 1. Metamorph. 39.

Deformes. Claud. 2. in Eutrop. 14.

Senilis ruga. Ouidius 5. Fastorum. 12.

Densissima ruga cogit in frontem. Iuuenal Satyr. 13. 23.

Senectus frontem exarat rugis Horat. Epod. 8. 1.

Excutere rugas. Ouid. 1. Amorum. eleg. 8. 9.

Inducit rugas Senectus Tibul. lib. 2. eleg. 1. 4.

Laxantur corpora rugis. Ouid. 3 de Arte. 1. 3.

Portare rugas. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 9.

Trahere rugam lumenal Satyr. 14. 31.

Capitis pius & ruga te tuipant. Horat. 4. Carm. ode 13. 3.

Iam venient rugæ quæ tibi corpus arent. Ouid. 2. de Arte. 1. 4.

¶ Ruga, in vestibus. Plin. lib. 35. cap. 8. 5. Præter quæ in veste & rugas & sinus inuenit.

Ruga, in arboribus. Plin. lib. 1. 1. cap. 7. 4. Deest tota illa matritas; ideoq; & sugarum, colorisq; similitudo.

¶ Rugofus. Plin. lib. 1. 2. cap. 1. 1. 2. Amomum laudatur quantum maxime, putici mali solis simile, nec rugofis.

Acina rugosa. Columell. lib. 11. cap. 41. 5.

Cortex rugofus. Plin. lib. 16. cap. 31. 1.

Facies rugofior vua passa. Claud. 1. in Eutrop. 23.

Frons rugosa. Martial. lib. 3. 51.

Genæ rugosa. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 23.

Palmæ. Ouid. 8. Metamorph. 136.

Senecta rugosa ora pallent. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 5.

¶ Rugare dicitur vestis. Plaut. in Casina: Vide palliolum ut rugat.

Rugata testa. Plinius libro 9. cap. 31. 1.

RVG 10] Author Philomelæ. 10. Tigrides indomitæ raucant, rugintque leones.

RV 1'D VS] asper. Plin. lib. 18. cap. 10. 7. Maior pars. Italæ ruido vtitur pilo.

RVINA] Vide RV 0.

RVL 1. A] Plin. lib. 18. cap. 19. 5. Purget vomerem subinde sti- mulus cuspidatus rulla.

RVL LVS] teste Phn. lib. 8. cap. 51. solidum aprum Romanorum primis in epulis apposuit, qui Ciceronis Consulatu legem Agrariam promulgavit.

RVM A] Guttura pars eminenſ. Servius: Rumatio dicta est à rum, cīninet gutturis parte, per quam demissus cibus à certis revocatur animalibus. Vide etiam RV 1'S.

RVMEN] Festus: Rumen est pars colli, qua esca deuoratur. vnde & Rumare dicebatur; quod nunc Ruminare.

¶ Rumen: Mamma. Plin. lib. 15. cap. 19. 9. sub ea inuenta est lupa, infantibus præbens rumen: ita vocabant mainmam.

¶ Rumen: locus in ventre, quo sumitur cibus, & vnde redditur Pomponius Prostibulo. Egò rumorem paruifacio- dum sit rumen, quæ impleam.

¶ Rumino. Colum. lib. 6. Proprie quæ bos neq; ruminat, neque lingua se detergit.

Herbas ruminare. Ouid. in Fragment 4.

¶ Ruminari: in memoriam resuscare. Varro Tanaquile: Nō modò absens quicquam de te æquius cogitabit, sed etiam ruminabit humanitatem tuam. Liu. Aegistho: Nemo hæc vos ruminabitur mulieri.

¶ Ruminatio. Plin. lib. 11. cap. 37. 70. Quibus neq; dentes vtrinque, nec ruminatio.

¶ Ruminales hostiæ: corum animalium quæ ruminant. Plin. lib. 8. cap. 51. 2.

RVME X] Lapathi sylvestris genus. Plin. lib. 19. cap. 12.

¶ Rumex: Genus teli Lucilius: Tum spara, tum rumes portantur; stragula porrō.

RVMIFERO] Vide RV MOR.

RVMIGESTRI] Telorum genus apud antiquos. Gellius lib. 10. cap. 24.

RVMIGRO] Apuleius lib. 4. de Asino aureo: iam fecit tertium palam ruminabam.

RVMINO] Vide RVMEN.

RVMIS] māma. Varro lib. 1. de Agricultura: cap. 1. 4. Māma enim rumis, siue rugæ, vt ante dicebam, à rumi & inde dicūtur Subrumi agni lactentes, à lacte. Sic ibidem, cap. 1. 20.

RVMOR] Amarorum rumor. Virg. 4. Aen. 41. Atrox. Tacit. lib. 17. Fallax. Claud. 1. Paneg. 80. Iniquus. Ouid. 4. Fast. 62. Misericibilis. Claud. de bell. Get. 40. Secundò rumore. Tacit. lib. 3. Sinister rumor. Lucan. lib. 8. 1. 1. Vagus. Tacit. lib. 19. Ouid. 11. Metam. 1. 4. Validus. Tacit. lib. 4.

Rumor aut Martialis lib. 3. 38.

Rumor aut, linguæ te tamen esse malæ. (19.) Diditur hic subito Troisana per agmina rumor. Virg. 7. Aen.

Differere rumorem Suet. in Octavia Augusto.

Quæ vos ad cœlū effertis rumore secundo. Hor. 1. epist. 10. 2. Facti rumorit per oppida. Ouid. 6. Metamorph. 30.

Rumore malo flagrare. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 26.

Inedit rumor. Tacit. lib. 1. hoc est, subit.

Intelligere rumore Plautus Casin. 2. 10.

Frigidus à rostris manat per compita rumor. Horatius 2: Serm. Satyr. 6. 1.

Perstrepit rumor in aula. Stat. 2. Achil. 16.

Pertulit hōc idem nobis, Germanice, rumor. Ouidius 2. de Ponte, eleg. 1. 8.

Peruerserat rumor. Tacitus lib. 1. 5.

Senescunt rumeores. Tacitus libro 2.

Varios rumeores ferente. Virgil. 2. Aeneidos. 4. 6.

Subdere rumeorem. Tacitus lib. 19.

Claro apud vulgum rumore erat. Tacit. lib. 1. 5.

Rumor in ambiguo est Ouid. 1. Metamorph. 50.

Rumor est. Terentius Andr. 1. 2. 14.

- Meum gnatum rumor est amare.  
Surrexit rumor. Tacitus lib. 11.
- Millia rumorum. Ouid 12, Metamorph 11.
- Rumor venit, datus iuri gladiatores Terentius in Hecyr Prol. 39.
- ¶ Rumor: pro Faure. Virgil 1, Aeneid 8.
- Ergo iter incepsum peragunt rumore secundo.
- ¶ Rumif ro. Plautus Amphit. 8.44.
- Quamq; adeò ciues Thebani vero rumiferant proba.
- ¶ Rumito. Festus: Rumitantur; rumigerantur. Nauis: Simul alias aliunde rumitant inter se.
- RUMPO] Virgil.lib. 10, Aeneid. 47.
- Rupimus inuita tua vincula. Horat. 2. Sermon. Satyr. 7. Rumpere catenas
- ¶ Rumpere: Desarigare. Plautus Merc. 4.19.
- Opera licet experiri, qui me rupi currendo tua  
Causa. Terent. Hecyr. 3. 4.21.
- ut me ambulando rumperet?
- Rumpere: Disjicare. Virgil. 8. eclog. 15.
- Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
- Rupisse videtur, qui corrupti, Vlpianus ut bonorum rapto-  
rum. i. prætor.
- Eiaculatur aquas, atque istib; aera rumpit. Ouidius 4, Me-  
tamorphos 25.
- Amnes fontibus rumpuntur. Virgil. 3, Georg. 86.
- Et tantos rumpi non speret amores. Virg. 4, Aeneid. 59.
- Pariterque sinuam, pariterq; capillos rupit. Ouidius 10, Me-  
tamorphos. 144.
- Fulmen emicuit, & rupit diem. Lucan.lib. 1, 31.
- Edita rumpere Horat. 3. Carm. ode 15, 5.
- Fidem. Liuus 9. ab Urbe, 214.
- Fœdus. Liu. 3. ab Urbe, 107, Virgil 12, Aen. 117.
- Fræna pudoris Propert. lib. 3, eleg. 19, 1.
- Funem ab littore. Virgil 1, Aeneid. 128.
- Guttura cultro. Ouidius 15, Metamorph. 93.
- Horrea rumpunt immensæ meses. Virgil. 1, Georg. 4.
- Imperium rumpere Tacitus libro 13.
- Iter ad littora. Silius lib. 1, 11.
- Iter ecepimus Ouidius 3. Amor, eleg. 5, 18.
- Ius. Liuus 4. ab Urbe, 75.
- Moras. Virgil. 3 Georg. 9, Martial.lib. 1, 63,
- Eia age, rumpo moras; quo te spectabimus usq;?
- Græcia coniurata rumpere nuptias. Hor. 1. Carm. ode 15, 21.
- Pectora ene. Virgil. 9, Aeneid. 87.
- Præcordia ferro. Ouidius 6, Metamorph. 51.
- Questus pectora. Virgil 4, Aeneid. 111.
- Reuerentiam sacramenti Tacitus lib. 17.
- Silentium. Martial lib 9.72, Virgil. 10, Aeneid. 33,
- quid me alta silentia cogis
- Rumperet?
- Sermonē silentia rupit. Ouidius 1, Metamorph. 42.
- Somnos rumpere Lucan.lib. 1, 5.
- Telum rupit terga nouena boum clypei. Ouidius 12, Me-  
tamorph. 10.
- Tunicas rumpere. Virg 2, Georg. 15. Vester. Ouid. 6. Met. 27.
- Vincula. Virg. 1, Aen. 27. Vocem. Virg. 2, Aen. 16.
- Inuidia rupi. Virgil. 7. eclog. 6.
- ¶ Rumpo, id est, Rumpifacio. Plin.lib. 10, cap. 4.3, de bupresti:  
Deuoratumq; tacto felle ita bouem inflammat, ut rumpat.  
Martial.lib. 10, 59.
- Rumpor: Paſuum. Horat. 1. Sermon. Satyr. 3.
- Vrgeris turba circum testante: miserq; Rumperis.
- ¶ Ruptus. Rupta pacis fides. Liu. 4. bell. Punic. 131.
- Aggeres rupi. Virgil. 1, Aen. 108.
- Comis rupis exsulare. Ouid epist. 21, 23.
- Rupi, quam rupi sum mihi questa fidē. Ouid. epist. 23, 20.
- Vicinæ rupis inter se legibus yrbes. Arma ferunt Virg. 2.  
Georg. 102.
- Montes rupi. Lucan.lib. 1, 13.
- Postula rupra ludit teneras manus. Tibul.lib. 2. eleg. 3, 2.
- Quies populis rupra. Lucan.lib. 1, 49.
- Ruptaq; singulu verba loquoris erat. Ouid. 2. de Reme. 41.
- Vincla rupia. Virg. 1, Aen. 131.
- Rupi. Plinii lib. 20, capit 6, Conuulsis & rupitis, cum sale  
& oleo.
- ¶ Ruptor. Liu. 4. ab Urbe, 83, Hiccine est, inquit, ruptor fœ-  
deris humani, violatorq; Gentium iuris.
- ¶ Ruptio. Vlp in l. si seruus. §. rupisse D. ad legem Aquiliam.  
Aquila enim eas rupiones, que damna dant persequitur.
- ¶ Ruppi: qui & traduces dicuntur. Varro 1. de re Rustic.  
capit. 8, 4.
- RUMPOTINVM] Col. lib. 5, cap. 7-1, Est & alterum genus  
arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum.
- ¶ Rumpotinetum. Colum.lib. 1, cap. 7.
- ¶ Rumpotinus Plin.lib. 4, cap. 1, 4.
- RVMVSCVLVS] Vide RVMOR. (Paulus.
- RVNA] Genua teli. Ennius: Runata recedit: id est, pilata.
- RVNCA] pro Runcinâ Veteres usurpauerunt; teste Festo.
- RVNCINA] maior terra. Plin.lib. 16, cap. 42, 3, Ad incitatos  
runcinarum raptus.
- ¶ Runcino. Varro de Ling. Lat.lib. 5. ad finem: Runcinare,  
à runcina: cuius origo Greca.
- RVNCO] Plin.lib. 18, cap. 21, 1, Siliginem, far triticum, sem  
hordeum, occato, sarrato, runcato, quibus dictum erit die-  
bus. Cato. cap. 2, 3, Runcare spinas.
- ¶ Runcatio. Plin.lib. 18, cap. 21, 1, Colum.lib. 2, cap. 9, 16.
- ¶ Runcator. Colum.lib. 1, cap. 3, 15.
- RVO] Virgil 2, Aeneid. 38,
- cuic alto à culmine Troia. Terent. Eun. 4.3. 41,
- ¶ Quid si nunc cœlum ruas?
- Et subito casu q; valuere, ruunt. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9, 8.
- Ruit cœlum imbribus. Martial.lib. 1, 58.
- Ruit dies: pro Oritur. Virg. 10, Aeneid. 51.
- Ira. Lucan.lib. 1, 30. Nox Virg 6, Aen. 108.
- Sol. Virgil. 3. Aeneid. 102.
- Venti ruunt. Virgil 1, Aeneid. 18.
- Ruant venti liceat. Plin.lib. 11, cap. 1, 1.
- Ruit Ver. Virgil 1, Georgic. 63.
- ¶ Ruere: Effundi. Virgil. 6, Aeneid 9,
- Vnde ruunt totidm voces responsa Sibylæ.
- Amnes de montibus. Virgil. 4, Aeneid. 33.
- Flumina per apertos campos. Ouid. 1, Metamorph. 58.
- Impetus vnde tuit Ouid. 1, Metam. 107.
- ¶ Ruere: Festinante ire Virgil. 10, Aeneid. 163.
- Quid moriture ruis? maioraque viribus audest?
- Terentius Heaut. 2. 3. 128.
- Vide sis, nequid imprudens ruas.
- Ruere ad Urbe. Liu. 3. ab Urbe, 9.
- Sine lege ruere. Ouidius 2, Metamorph. 41.
- Portis manè ruunt Virgil 4, Georgic. 37.
- Ruere portis. Liuus 7. bell. Punic. 223.
- In media arma. Virgil 2, Aeneid. 71.
- Curru in bella. Virgil 7, Aeneid. 157.
- In facinus Seneca. Octavia. 17, 14.
- Per omne fasque nefasque. Lucan.libro 5. 63.
- In media fata. Liu. 1. ab Urbe, 120.
- In ferrum Virgil. 2, Georgicorum, 101.
- In fugam. Liuus 6. bell. Punic. 206.
- In furias & ignem. Virgil 3, Georgie. 49.
- Per medios ruit. Virgilius 4, Aeneid. 136. (3,6.
- Gens humana ruit per vetitum nefas. Horat. 1. Carm. ode In perniciem suam ruere Liuus 7. bell. Macedon. 17).
- Audi in prælium ruunt. Liu. 7. ab Urbe, 63.
- In tixam ruere. Quintilian. lib. 1, cap. 12, 2.
- In vulnera ac tela. Liu. 6. bell. Punic. 211.
- ¶ Ruere: Euertere. Virgil. 1, Georgic. 21,
- Insequitur, cumulosq; ruit male pinguis arenæ?
- Ruit nubem ad coelum. Virgil. 1, Georgic. 63.
- Ruere impelle: Terent. Adeiph. 3. 2. 21,
- Cæteros rueré, agerem, taperé, tundrem, prosternere.
- Ruere: lenare Virgil 1, Aeneid. 43,
- & confusa ruerant Offa foci.
- Ruere herbas & limun. Plin.lib. 12, cap. 37, 33.
- ¶ Ruens. Virgil 4, Aeneid 80,
- Luppiter ipsi ruens tumultu. Horat. 1. Carm. ode 16, 3.
- Fulcire tuenter. Silius lib. 1, 47.
- Ira ruens. Propert. lib. 1. eleg. 1, 1, 9.
- Aceruus. Horat. 2. epistol. 1, 10.
- Imperium. Lucan.libro 3, 41.
- ¶ Ruiturus. Pons ruiturus. Lucan.lib 2, 100.
- Ruina Cœli ruina Virgil. 1, Aeneid. 27.
- Non leui ruina disiecta testa. Horat. 1. Carm. ode 19, 3.
- Patris ruina. Ouid. 8. Metamorph. 100.
- Illa fuit mentis prima ruina meæ. Ouid. epistol. 12, 7.
- Neronis ruina. Plinii lib. 17, capitulo 5, 5.
- Auida ruina. Stat. 8, Thebaid. 27.
- Graues ruinæ. Horatius 2. Sermon. Satyr. 3, 11.
- Impendens ruina. Ouidius ad Liuiam, 73.
- Perlucens luuehal. Satyra. 11, 1.
- Probrosæ ruinæ. Horatius Carm. ode 5, 8.
- Putres. Lucret. libro 1, 219.
- Tristes. Virgil. 1, Aeneid. 49.
- Properante ruinæ cadunt summa. Lucan.lib. 5, 150.
- Loca conuulta ruinæ. Virgil. 3, Aeneid. 83.
- Dedit ruinam dominus. Virgil. 2, Aeneid. 62.
- Somtu ingenii ruinam date Virgil 11, Aeneid. 123.
- Facere ruinam. Horat. 2. Sermon. Satyr. x. 11.
- Fit quasi paulatim nobis per mœbræ ruha. Lucret lib. 4, 190.
- Cuncta labent quassata ruinæ. Seneca Thyeste. 9, 9.
- Petite ruinæ. Lucan.lib. 5, 21.
- Restinguere incendium ruinæ. Sallust in Catil.
- Generis lapsi sarcire ruinæ. Virgil. 4, Georgic. 50.
- Subdere caput ruinæ. Curtius lib. 1,

Horrificis tonat Aetna tuinis. Virgil. 3, Aen. 115.

R<sup>Y</sup>PES] Cæsar. 2, bell. Gall. 133, Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, deincepsusque haberet. Virgil. 10 eclog. 1,

Pinnifer illum etiam folâ sub rupe iacentem  
Mænalus.

Acura rupe. Seneca Agam. 6 36.

Aerea. Virgil. 4, Georgic. 112.

Alta. Virgil. eclog. 12. Ardua. Ouid. 5, Fast. 59.

Cauata. Virgil. 1, Aen. 63. Exesa. Lucan. lib. 3, 46.

Frigida Propert. lib. 1, eleg. 17, 6.

Frondosa Silius lib. 7, 95.

Maxima Horat. 1, Sermon. Satyr. 3, 12.

Nubifera. Valerius 4, Argon. 110.

Praecelsa. Virgil. 3, Aeneid. 129.

Scopulosa Lucan. lib. 1, 125. Vastæ rupes. Virg. 1, Aen. 34.

Vndisosa. Stat. 1, Achil. 40.

Excindere rupes. Stat. 3, Sylu. 1, 25.

¶ Rupicapra. Plinius libro 11, cap. 57, 4. Rupicapris in dorsum adunca cornua, damis in aduersum. Idem libro 8, capite 53, 2.

R<sup>Y</sup>P T I O] Rupitias, in XII tabul. significat, dampnum dederis. Festus.

R<sup>Y</sup>P T O, R<sup>Y</sup>P T I O, R<sup>Y</sup>P T V S] Vide R<sup>Y</sup>M P O.

R<sup>Y</sup>V R E S T R I S, R<sup>Y</sup>V R I C O L A, R<sup>Y</sup>V R O] Vide R<sup>Y</sup>S.

R<sup>Y</sup>V R S V S, & R<sup>Y</sup>V R S V M] Retro. Terent Hecyr. 3, 1, 35,

Trepidari sentio, cursati rursum prosum.

Rufus: Econtrañò. Terentius Eunuch. 4, 4, 45,

Heus tu negato rursum. Ibidem. 2, 2, 20,

Quiequid dicunt, laudo: id rursum fine negant, laudo id quoque.

Rufus: Denus. Terentius Eunuch. 1, 1, 16,

Bellum, pax rursum Virgil. 2, Aen. 1, 31,

Rufus in arma feror.

Rufus denud, sicuti comunita Plautus Pcenul. 2, 79,

Reuertor rurus denud Carthaginem.

R<sup>Y</sup>S] Terentius Eunuch. 3, 1, 10, Rus ibo.

Solatia ruris aues. Ouidius. 1, Fastrorum, 83.

Amatores ruris Horatius 1, epistol. 10, 1.

Aprica rura. Horatius 3, Carmin. ode 18, 1.

Aspera dumis. Virgil 4, Aeneid. 106.

Crucifera Cymoli. Ouidius 7, Metamorph. 93.

Deuia. Ouid 1, Metamorph. 136.

Diuini gloria ruris. Virgil. 1, Georgicorum, 34.

Feraxrus Ouid. 1, Metam. 140. Flora rura. Virg. 1, Aen. 87.

Fluuiala. Sil. lib. 13, 7. Frigida. Virg. 3, Georg. 65.

Gaudientia. Stat. 3, Sylu. 1, 16.

Inambitosa. Ouidius 11, Metamorph. 54.

Innocui ruris labor Seneca Herc. turen. 11, 8.

Obsita pomis. Ouidius 13, Metamorph. 156.

Opaci ruris umbrae. Virgilius primo, Georgicorum, 32.

Opulentia rura. Seneca Troade. 11, 3.

Pasua Horatius 1, Carmin. ode 16, 8.

Pasua. Lucret. lib. 5, 2, 51. Saturum rus. Persius Satyr. 1, 8.

Sobria rura. Stat. 4, Sylu. 2, 8.

Sordida Virgilius 1, eclog. 6.

Suburbana Ho atius 1, epistol. 7, 17.

Mittere aliquem rus Quintilianus lib. 2, cap. 8, 4.

Morans rure Martial. libro 4, 45.

Nutrit rura Ceres, almaq; Faustitas Horat. 4, Carmin. ode 5, 4.

Pascuntur omni rure Columella hb. 8, cap. 10.

Redire, vel venire rure. Plaut. Capt. 3, 18. Et Trucul. 14, 18.

Terent. Eunuch. 3, 1, 25.

Stindere rura bubus. Senec. Troade. 11, 3.

Rure esse aurumant. Plautus Merc. 19, 1, 8.

Tendit rus. Quintilian. lib. 1, cap. 2.

¶ Rus: pro sermone inconcinno. Catullus: Pleni ruris, & in facticiarum Annales Volusi, cacata charta. Horatius libro 2, epistol. 1,

—hodieque manent vestigia ruris.

¶ Ruri: adverbialiter. Terentius in Phormion.

Ruri se continebat.

¶ Ruro, & Ruror. Plautus Capt. 3, 13,

Dum ruri turant homines. Varro: Dum in agro studiosius rutor.

¶ Ruralis. Macrobius lib. 5, Saturn. capit. 2, Virgilius Theocritum sibi fecit, pastoralis operis authorem; ruralis Hesiódum. Cæsar Comment. bell. Gall. libro 1, Falces præ-acutæ, insertæ, affixæq; longurij; non absimili forma ruralem calcium. Firmic. lib. 3, cap. 11, Ruralibus officijs semper applicatus, & ad agrorum cultum patientia laboris adiunctus.

¶ Rurestris. Apuleius: Rurestri vocabulo vulgus indoctum rosas aureas appellat.

¶ Ruricola. Colum. lib. 10, 3, 3, Hæc ne ruricola paterentur monstra.

Boues turicola. Ouid. 5, Metamorph. 96.

Aratum turicola. Ouidius 4, Trist. eleg. 5, 7.

¶ Rusticus: Substanti. Acer Rusticus. Virgil. 2, Georgic. 82.

Plautus Merc. 15, 17, Urbani sunt rustici.

Rusticus: inculus. Virgil. eclog. 2, 12,

Rusticus es Corydon.

¶ Rusticus. Adiect.

Aratra rustica. Ouid. 2, de Arte, 37.

Coniux rustica. Ouidius epistol. 1, 16.

Coniuia rustica Ouid. 1, Metamorph. 104.

Corda Propert. lib. 4, eleg. 1, 3. Dona. Ouid. 2, de Arte, 33.

Manus indoctæ ac rusticæ. Quintilian. lib. 2, cap. 11, 9.

Populus rusticus Ouid. 3, Fastor. 157.

Prouerbium rusticum. Liuins 3, bell. Punic. 218.

Querela rusticæ Ouidius. epistol. 16, 3.

¶ Rusticius. Horatius 1, Sermon. Satyra 3, 7,

—Rusticius conso toga defluit.

¶ Rusticitas Martial. lib. 7, 17,

Hirsutum & dura rusticitate trucem. Plinius libro 35, capit. 4, 8, Post eum M. Agrippa, vir rusticitat, quæ de litis propriis.

Urbanitati contraria est Rusticitas. Quint. lib. 9, cap. 3, 11.

Vultus prudentes sine rusticitate. Ouid. epistol. 19, 12.

¶ Rusticitas: indecens & recusanda. Ouid. 1, Amor. eleg. 8, 9,

Ecli rusticitas non vetat, ipsa rogat.

Excienda est rusticitas. Ouid. epistol. 16, 38.

¶ Rusticulus. Martialis lib. 10, 9,

Sed non rusticulum nimis libellum.

¶ Rusticula avis, perdi ci similia. Martial. lib. 13, 76.

¶ Rusticatum Pomponius Alconibus: At ego rusticatum tam gam, urbanatum nescio.

R<sup>Y</sup>S C V M] Virgil. 2, Georgic. 83,

—necon non aspera rusei

Vimina per sylam.

Hortidior ruseo. Virgil. 7, eclog. 9.

Rusco etiam sepes munibantur antiquis. Colum. lib. 10, 36.

R<sup>Y</sup>S P O] Festus: Ruspariesse crebro quæterere, hoc versū indicatur:

Et ego ibo, vt latebras ruspans rimer amaximæ.

R<sup>Y</sup>S S V S, & R<sup>Y</sup>S S E V S] Russam faciem, pro colore russo, dixit Cato, qui è viridi rutilus est, aut flavius. Sic enim scribit: Coronas aureas russæ facie, galbeas lineas, pelles redimicula.

Russa vela. Lucretius lib. 4.

R<sup>Y</sup>T A R I A E] falces, apud Varronem sunt, quibus ruri se cantur rubi, qui per agros serpunt.

R<sup>Y</sup>T A C A E S A] Vlpian. in fundi § si ruta cæsa de aëtionibus empt. & vendit. Si ruta cæsa excipiatur in venditione, ea placuisse Ruta, quæ eruta sunt; vt arena, creta, & similia. Cæsa ea esse; vt arbores cæsas, & carbones, & his similia.

R<sup>Y</sup>T A] Herba Plinius lib. 20, bap. 13, 7.

Aquentes lumina ruta. Ouid. 2, de Remed. amor. 8, 1.

¶ Rutatus. Plinius: Inuenio mustum rutatum populo datum. Plin. lib. 19, cap. 8, 26.

Rutati lacerti Martial. lib. 10, 8, 4.

R<sup>Y</sup>T A B R I] dicti sunt olim rastri: teste Varr. li. 4, de ling. Lat.

R<sup>Y</sup>T A B R U V M] Instrumentum quo viuntur rusticæ in protruendo igne, panis coquendi gratia. Cato cap. 11, 4. Et Colum. lib. 12, cap. 18, 4.

(re rutilante.

R<sup>Y</sup>T I L O] Splendeo. Plinius lib. 16, capit. 11, 2, Item Col-

Arma rutilant. Virg. 8, Aen. 106.

Rura rutilantia. Stat. 11, Thebaid. 103.

¶ Rutilare: pro, R<sup>Y</sup> utilum facere. Plin. lib. 18, cap. 12, 2, Gallorum

hoc inuentum, rutilandis capillis ex seud & cinere.

Come promissa, & rutilata. Liu. lib. 1, bell. Maced. 4.

Crinis propexus, ac rutilatus. Tacit. lib. 40.

¶ Rutilesco. Plin. lib. v, cap. 55, 1, In alpibus candidilepores,

quibus hybernis mensibus pro cibatu niuem credunt esse:

certè liquefcente ea, rutilescunt antis omnibus.

¶ Rutilus. Plaut. Rud. o. 14, quanto magis extergeo, ruti-

lum, atq; tenuis sit Plin. lib. 8, cap. 18, 4.

Capilli rutili. Ouid. 4, Metam. 64.

Cruor rutilus. Ouid. 5, Metam. 117. Flamma rutila. Ouid. 3,

Fast. 17. Squamæ rutilæ. Virg. 4, Georg. 19.

¶ Rutilatus. Tacit. lib. 20, Liu. 8 bell. Maced. 70. Promissa &

rutilata coronæ.

R<sup>Y</sup>T R V M] Instrumentum quo quid eritur. Cato cap. 11, 4,

Oportet habere villicum palas sex. intra quatuor, rastros

quadridentes duos. Plin. lib. 36, cap. 2, 4. Experimentum

marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat.

¶ Rutellum. Lucilius: Frumentarius est; modium hic secum,

atq; rutellum vnde adserit.

R<sup>Y</sup>T V B A M] Veteres turbationem appellabant. Varro Sex-

agesima: Ergo tum Romæ parcè puiteq; prudentis viuere in

patriam: nunc sumus in rutuba,



**SABBATHVM**] Cessatio ab opere. Plin.lib.31,cap.2,19. In Iudea riuus sabbathis omnibus siecatur. Sueton in Augusto Cæsar. cap.76. Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbathis ieiunium seruat, quam ego hodie seruauit.

Festa sabbatha obseruare. Iuuenal. Satyr.6,16.  
Peregrina sabbatha Ouid.1.de Remed.amor.44.

¶ Sabbatharius. Martial libro 4,4.

**SABINA**] Herba. Plin.lib.24, cap.11,13, Colum.6, cap.4,2.

**SABINAM**] telum, venabuli simile. Ennius: Illyrii restant sic sabini; q; fod. ntes.

**SABULVM & SABVLLO**] Plin.lib.19, cap.4,3, Inuicem fabulum album in Ticinensi, multisq; in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terra permixtum, infecundum est. Colum.lib.4, cap.33,1, de castanea: Pollam terram & resolutam desiderat; fabulonem humidum vel refractum topum non respuit. Varr.1.de Rust. cap.9,2.

¶ Sabulosus. Colum.lib.2, cap.9,15, Nec in fabulo solo, sed in arena quoq; prouenient. Plin.lib.13, cap.4,2, Palma gignitur leui, fabulosaq; terra. Colum.lib.6, cap.23,1. Stabula fabulosa.

¶ Sabuleum. Plin.lib.27, cap.8,8, Crocodilium nascitur in fabuletis.

**SABVRRA**] Plin.lib.10, cap.23,2, saburrâ stabiliti. Liu.7 bell. Macedon. 9. Onerarias ducere multa saburra grauatas. Virgil.4 Georg.39.

¶ Saburro Plin.lib.18, cap.35,18, Echini affigentes se, aut arenâ saburrantes, tempestatis signa sunt. Solin.cap.15, Grues volatuq; arenas deuorant, sublatissq; lapillis ad moderatam gravitatem faburrantur.

¶ Saburarius: opplesus Plautus Cistell.3,2,

—quæ vbi faburrata sumus,

Largiloquæ extemplo sumus.

**SACCATVS**] Vide SACCVS.

**SACCHARVM**] Plinius lib.12, cap.8,1.

**SACCIPERIVM**] Plautus Rud.13,64,

Quod plenum argenti fuit in facciperio.

**SACCVS**] Horatius 1. Sermon. Satyr.1,14,

—congestis vndique faccis

Indormis inhiatis. Idem 2 Sermon. Satyr.3,30,

—mensam ponu iubet, atque

Effundi saccos nummorum. Colum.lib.12, cap.19, Postea in iuncis fissiculis, vel sparteis saccis, pereolant.

Soccus vinarius Plin.lib.24, cap.1,3.

Soccus niuarius, loquitur apud Martialem lib.14,104.

¶ Sacculus Martial.lib.5,40,

Excusilloculosque saccumque.

Plenus sacculus est araneum. Catull.ad Fabullum,13,2.

¶ Saccaria. Apul.lib.1, de Afino: Saccariam faciens merebâ.

¶ Saccarius. Paul.in l. qui fundum. de contrahend.empt. si quid ex eo, quod ex sacco saccarij cecidisset, aut auibus ex ore cecidisset, natum esset.

Saccaria nauis. Quintil.lib.8, cap.2.

¶ Saccularius. Vipian. de extraord. criminibus. l.saccularij. Saccularij, qui veritas artes exerceentes, in sacculos partem subducunt, pattem subtrahunt.

¶ Saccatus. Plin.lib.20, cap.19,3. Idem lib.19, cap.6,25. Saccatusq; linea saccis, & in fissili nouo repositus loco frigido, minus putreficit addico melle.

**SACELLVM**] Vide SACER.

**SACER**] Virgil.8,Aeneidos,119.

—sustulit os sacru celo. Plaut. Menzch.20,3,8.

At ego te lacram coronam surripuisse louiscio. Plinius epist.17,2. Senectus in homine venerabilis, in urbis sacra est.

Profanis sacra confundete. Claud.7 Paneg.43.

Miscere sacra profanis. Horat.1.epist.17,11.

Amor sacer. Val.3.Argon.74. Aræ sacræ. Virg.3,Georg.32.

Aruum sacrum Martis. Ouid.7, Metamorph.20.

Chorus sacer. Ouid.2,Fast.12.

Effigies sacrae diuûm. Virgil.3,Aeneidos,50.

Fontes sacri. Virg.1 ecl. II. Horror sacer Claud.4.Paneg.7.

Ignibus factis imponit libamina. Virg.6,Aeneid.50.

Iura sacerimia leti. Ouid.epistol.9,32.

Lucus latè sacer. Virg.5,Aen.153. Medicamen sacrum. Ouid.2, Metam.13. Mena sacra. Ouid.6,Fast.1.

Vote sacra profatur Tellus. Ouid.2, Metamorph.56.

Vulgus sacrum. Claud.1,de raptu Proserpinæ,15.

Dies sacer Diana. Horat.2,Carm.ode 12,4.

Sacer, cum genitio. Plin.lib.8, cap.11,4. Feram homine axin, humili pelle, pluribus candidioribusq; maculis, sacram Liberi patris.

Sacer, cum dativo. Plin.lib.16, cap.5. Ciuea ligna primo fuit, postea magis placuerunt, ex esculo Loui sacra. Ibid. caput.33,1. Diti sacra cupressus.

Sacrum est ritu. Plin.lib.11, cap.17,26.

¶ Sacer: Exercrandus & defensandus. Sacra famæ. Virgilius 3, Aen.12. Sacer atq; intestabilis. Horatius 2. Sermon. Satyr.3,36. Plaut. Bacch.17,1,1.

Men criminatus est: optumè est: ego sum malus,  
Ego sum sacer, scelestus.

¶ Sacer ignis: Morbus. Plin.lib.25, cap.11. Colum.lib.7, cap.5, 13. Lucret.lib.6,235.

Ignis sacer edit contractos artus. Virg.3,Georg.113.

¶ Sa, rum, substantive, quod ad Dei cultum pertinet. Virgilius 3, Aeneidos, 4.

Sacra Dionæs matri, diuisque fecabant.

Idem 4. Aeneid.1,28,

Sacra loui Stygio, quæ ritè incepta parauit.

Perficere est animus.

Vates sacrorum. Ouid.11, Metamorph.14.

Legationis sacra. Tacit.lib.1.

Mensæ. Tacit.lib.13.

Annua sacra. Virg.1, Georg.67. Arcana. Ouid.10, Met.87.

Fera. Ouid.13, Metamorph.91.

Funebris Ouidius 4. Trist.eleg.4,7.

Hortida Sil.lib.3,18.

Iugalia Ouid.7, Metam.142.

Mystica. Ouid.epistol.2,9.

Nefanda Ouidius 10, Metamorph.46.

Nuptialia Quintil.lib.1, cap.7, 4.

Piaculare factum facere. Liu.lib.9,bell. Pun.106.

Pura sacra Ouidius 2, Metam. 42.

Sancta generis. Seneca Herc furente, 13,22.

Socialia. Ouidius epistol.29,9,1.

Solenne & necessarium sacrum. Tacit.lib.9.

Solenne sacrum iusti Tröici. Senec. Troade, 8,9.

Stata sacra. Ouid.1 Fast.1,32.

Veneranda Silius lib.7,7,6.

Fastis sacra accedere. Stat.1, Achil.74.

Canere sacra. Virg.1, Aeneid.48.

Frequentare. Ouid.3, Metamorph.147.

Initiari factis. Quintilian.lib.1, cap.2,15.

Instaurabat factum dijs loci Tacit.lib.1,8.

Iurare per commune sacrum doloris. Stat.10, Theb.79.

Parare sacra Ouidius 12, Metamorph.3.

Peragere de more Ouid.6, Fast.126.

Peregrine mihi videor sacra tradentium artes. Quintil.lib.5, cap.14,21.

¶ Sacrum: sempulum. Paulus Iutecons ff. ad leg. Iuliam peculatus. I faciliogi capite puniantur. Sunt autem faciliogi, qui publica sacra compilarint.

¶ Sacrum: Magicum quoddam, ad compescandas detrahentium linguis. Ouid.lib.2, Fast.

Ecce anus in medijs residens annosa puellis,

Sacra facit tacitè, nec tamen ipsa taceret.

Magica sacra. Virg.1, eclog.14.

Inter sacrum & faxum stare. Plaut. Capt.1,1,83.

Nuc ego inter sacrum, faxumq; sto, nec quid faciam scio.

Apuleius in Asino auteo, lib.11. Plusimum ergo durititia paupertatis intercedente, quod ait vetus proverbiu, Inter sacrum & faxum positus cruciabatur.

¶ Sacellū Plin.lib.6, cap.29,23, Delubrum Ammonis est ibi religiosum, & toto tractu facella. Propct.lib.4, eleg.3,12,

Flore facella tego. Virg. eclog.3,2.

Ponere modicum facellum loui Tacit.lib.19.

¶ Sacro. Aras sacrate. Virg.5, Aen.10. Carmina sacratum

auum tuum Ouid.4, de Ponto, eleg.8,14.

Conditionem parentum sacrate. Senec. de Benef.lib.3, c.11, Honorem. Virg.12, Aen.28. Nomen. Mait.lib.1,18,5.

Templum deo. Plin.lib.8, cap.16,18.

Vota dijs. Virgil.8, Aeneid.6,1.

Fœdus. Liu.lib.8,bell. Maced.

¶ Sacrare: deuovere. Liu.2, ab Urbe, 3,5. Sacrandos; cum bonis capite eius, quire regni occupandi consilia iniiser, gratae in volgus leges fuere. Ibidem, lib.5,11,7, Eum prædam Vegen-tanam publicando, sacrandosq; ad nibilum redigisse, absentes ferociter increpat.

¶ Sacrificare. In aris sacra. Ouid.1, Fast.7.

¶ Sacrus. Caput lacratum. Virg.3, Aen.7,5.

Tempora sacra mea sunt velata corona, Ouid.4, de Ponto, eleg.14,12.

Dona ducum sacra. Lucan.lib.1,28.

Fa mihi, Graiorum sacra resolute iura. Virgilius secundo, Aeneid.12.

Sacratæ leges. Liu.2, ab Urbe, 2,8, Præcipius pauor Tribunos inuictos, quam nihil auxilijs sacratæ leges habent, morte Collegæ monitos.

Numen nullum sacratius. Sil.lib.8, cap.4,5.

Opus alicui sacratum. Ouid.2, Trist.110.

Sede sacra recondere. Virg.1, Aen.13,8.

¶ Sacrificior. Plinius libro 16, cap. 44.13.  
Nihil habent Druidæ (ita suos appellant magos) visco & arbore, in qua signatur, sacratius.

Sacratissimum numen. Plinius libro 33, cap. 4, 16.

¶ Sacrarium. Vlpian. i. sacra de divisione rerum. Sacrarium, in quo sacra reponuntur. Liu. 7, ab Urbe, 90. Cære sacrarium popul Romanorum diuersorum sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacerdotum. Propertius libro 3, eleg. 24, 4.

Mens bona (si qua dea es) tua me in sacra dono. Dirsæcraria Ditio Virg. 12, Aen. 40.

Probro vetito temerari sacraria. Ouidius 10, Metam. 138.

¶ Sacrarium: pro facello loco; sacro, Suetonius, de Augusto, cap. 5. Natus est Augustus ad capita bubula, ubi nunc sacrarium habetur, aliquantò postquam excessit constitutum.

Tellor mentis sacraria: Iouis iusurandum. Statius 3, Thebaid. 49.

¶ Sacres porci. Varro 2, de Re rusti, cap. 1, 21. Porci duo, è quis, quoniam puri sunt ad sacrificium, ut immolentur, olim appellati sacres: quos appellat Plaut. quum ait: Quantus sunt porci sacres?

Ibidem, cap. 4, 15. Porci, qui à partu decimo die habentur puti, ab eo appellantur ab antiquis sacres: quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum. Plaut. Menæch. 8, 16. Et in Rud. 26, 4.

Sacramentum: Quod iuris iurandi sacratione interposita geritur; vt ait Festus.

Sacramentum militia. Veget. de Re militari, lib. 2. Milites iurare solent, & idèo militiæ sacramenta dicuntur. Plinius epist. 246, libro 10, ad Traianum.

Longum sacramentum. Tacitus libro 17.

Solenne. Tacitus libro 17.

Dicere sacramentum. Tacitus libro 20. Perfidum sacramentum dicere. Horat. 2, Carm. ode 17, 2. Exsuere sacramentum. Tacitus libro 19. Imbutus sacramento. Tacitus libro 17. Renouare sacramentum in nomine alicuius. Tacitus libro 1. Rogare aliquem sacramento. Quint. lib. 12, cap. 2. Teneri sacramento. Sueton. in Cæsare, cap. 42.

¶ Sacraenta: Milites iurati, iuuenal, Satyr. 16,

Præmia nuncalia, atque alia emolumenta notemus sacramentorum,

SACROSANCTVS] Trib. pleb dicebatur, quem violari nefas erat. Plinius libro 7, cap. 44, 2. Quum resistendi, sacroq; sanctum repellendi ius non esset, virtus sua opera & censura peritrus. Liuus libro 9, ab Urbe condita, 40. Deditis deinde & istos sacrosanctos, quum magistratu abierint. Sacrosancta potestas. Liuus libro 9 bel. Punic. 105.

¶ Sacrosanctior. Valer. Max. libro 5, cap. 3, in Phocionem: Honore aræ decoratos cinceres sacrosanctiores colis.

¶ Sacricolæ. Tacitus libro 19. Domitianus prima irruptione apud æditudum occultatus, solertia liberti linea amictu turbæ sacricolarum immixtus. Macrobius libro 5. Saturn. cap. 19. Velut ad sacricolarum sagarumq; carmina & devotiones fugientem.

¶ Sacrifico. Plautus Mostel 4, 83.

Aedepol summo Iouis viuo argento sacrificalem. Idem Capt. 6, 40.

Dex sorti sacrificare. Ouidius 3, Fast. 170.

Suem. Ouidius 4, Fast. 83.

¶ Sacrificare: Veniam petere. Plaut. Pœn. 6, 41.

Si hercule stuc vno quam factum est, tum me Iuppiter Faciat, vt semper sacrificem, neque vñquam litem.

Sacrificare aliui deo d diem certum. Plinius lib. 3, ca. 5, 29.

Oreco. Plaut. Epid. 4, 10.

¶ Sacrificalis. Apparatus sacrificialis. Tacitus libro 2.

¶ Sacrificus: Adiect. Sacrificæ tibiæ. Plinius libro 16, cap. 36, 13. Aræ. Valer. 8, Argon. 49. Dies sacrifici. Ouidius 13, Metam. 120. Preces sacrificæ. Seneca Medea, 2, 7. Ritus sacrifici. Ouidius 15, Metam. 97. Vestis sacrifici. Silius libro 3, 6.

¶ Sacrifici: Substante.

Ancus sacrificus Ouidius 6, Fast. 161.

¶ Sacrificulus. Gell. libro 10, cap. 15. Liuus 6, bel. Punic. 280, Vulgo ergo pontifices, augures, sacerdici, reges creentur, Sueton. in Domitiano, capite 1. Manæ Isiaci celatus habitu, interque sacrificulos vang superstitionis, &c.

Sacrificulus vates. Liuus 5, bel. Maced. 186.

¶ Sacrificium. Liu. 1, ab Urbe, 120. Sacrificium lustrale in diem posterum parat.

Penetrare sacrificium. Liuus libro 4, Decad. 5.

¶ Sacrifer. Rates sacrificæ. Ouidius 4, Fast. 51.

¶ Sacrilegus. Terent. Adelph. 2, 4, 1.

Sacrilegi furores. Mart. libro 9, 89.

Ignos sacrilegos admouere templis. Tibul. libro 3, eleg. 5, 3.

Lingua sacrilega. Ouidius 1. de Remed. amor. 74.

Manus sacrilega. Horat. 2, Carm. ode 13.

¶ Sacrilegium. Admittere sacrilegium. Quint. lib. 4, cap. 2, 6.

Committere. Quintil. lib. 7, cap. 3, 15.

Facere. Quintilia. libro 5, cap. 10, 61.

Reum esse sacrilegi. Quintil. lib. 4, cap. 3, 6.

Sacerdos. Purus Musarum Phœbique sacerdos. Ouidius 3, Amor, eleg. 7, 1.

Musarum sacerdos: Poëta. Horat. 3, Carm. ode 1, 1.

Casti sacerdotes. Virg. 6, Aen. 133. Doctus sacerdos. Claudian. 4, Paneg. 62. Furiata sacerdos. Star. 2, Theb. 5. Magna. Virg. 6, Aen. 109. Longæua. Virg. 6, Aen. 65.

¶ Sacerdotissa. Gellius libro 10, cap. 15. Eadem ferme ceremoniz sunt, quas Flaminicas sacerdotissas Dialis scorsum aiunt obseruitare. Idem libro 13, cap. 10, Sacerdotes foeminas dicit.

¶ Sacerdotium. Liuus 10, bel. Punic. 118. Idem libro 9. Gens Potitiae cuius ad aram Herculis, familiare sacerdotiū erat.

¶ Sacerdotalis. Liuus 5, ab Urbe, 183. Cære, quod iter sacerdotalibus erat, perexit.

SACOMA] Acquipondium. Vitruv. libro 9, cap. 3, de Archimede: Aurum ad sacoma appendit redemptori.

SACRAMENTVM] Vide SACER.

SACRATVS, SACRIFICO, SACRILEGV, SACRO] Vide SACER.

SAEPE] Terent. Heaut. 4, 1, 53.

Non licet hominem esse saepe ita, ut vult; si res non finit.

SAEVVS] Terentius Adelph. 5, 4, 12.

Ego ille agrestis, saeuus, tristis, parcus, trueulentus, tenax.

¶ Sæuus: Inimicus. Virg. lib. 1, Aen. 2.

— saeuus memorem lunonis ob iram.

Sæuus: Fortis. Virg. libro 1, Aen. 12,

— Sæuus ubi Acacida telo iacet Hector.

Manibus saeuus esse. Tibul. libro 1, eleg. 10, 13.

Sæuus: Iratus. Virg. 1, Aen. 93.

— & saeuus ambobus Achillem.

Sæuus: Magnus. Virg. 21, Aen. 22.

— maternis saeuus in armis.

Sæuus: Potens. Virg. lib. 1, Aen. 29.

Non illi imperium pelagi, saeuumq; tridentem,  
Sed mihi sorte datum.

Adulations saeuæ. Tacitus libro 4. Amor saeuus. Virg. 8, eleg. 10. Armis saeuus cominus certare. Virg. 12, Aen. 18. Belluæ saeuæ. Horat. 1, Carm. Ode 12, 5. Belli saeuæ certamina. Luetetius libro 1, 97. Cædes saeuæ. Ovid. 1, Metam. 16. Catena saeuæ. Horatius 3, Carm. Ode 11, 9. Dolor saeuus. Silius libro 3, 47. Dolores saeuæ animo exciderant. Virgil. 1, Aeneid. 6. Facies saeuæ ac deformis. Tacitus li. 19. Facies saeuæ. Virg. 4, Aen. 14. Feræ. Ovidius 7, Metam. 78. Gelu saeuum. Valer. 1, Argon. 104. Horror saeuus. Virg. 2, Aen. 112. Hyems saeuæ. Valer. 7, Argon. 11. Iocus saeuus. Horat. 1, Carm. Ode 33, 3. Ira saeuæ. Ovidius 1, Metam. 92. Lea. Ovidius 4, Metam. 21. Militia. Horat. 1, epist. 10, 11. Necessitas. Horatius 1, Carm. Ode 33, 4. Paupertas. Horatius 1, Carm. Ode 12, 9. Rabies ventorum. Ovidius 5, Metam. 2. Scopulo è saeuo reuulsus. Virgil. 5, Aeneid. 5, 4. Tempestates saeuæ. Tacitus in vita Agricolæ. Venenum saeuum. Virgil. 12, Aeneid. 172. Verbera saeuæ. Virg. 1, Georg. 31. Verba. Horatius Epop. 12, 3.

¶ Sæuior. Iuueniens indomitus saeuior. Ovidius 13, Meta. 171. Pestis nulla saeuior. Virg. 3, Aeneid. 43.

Centaurorum saeuotum saeuissimus Eurytus. Ovidius 12, Metam. 44.

Sæuissimus & violentissimus in suos, quam qui vñquani. Liuus 4, bel. Maced. 124.

Iura saeuissima Virg. 2, Aeneid. 123.

Iura saeuissima matris ferre. Valer. 3, Argon. 10.

¶ Sæuiter. Plautus Pseud. 23, 4.

Magis cogito, saeuiter blanditerne alloquar.

¶ Sæuitia. Tibullus libro 1, eleg. 6, 1.

Quid tibi saeuitia mecum est?

Intestabilis saeuitia, sed obiectis libidinibus. Tacitus libro 5. Nefanda saeuitia mos, parcer morti pereuntis. Lucanus libro 2, 36. Afficta saeuitia. Tacitus libro 13. Demere aliquid saeuitia. Catul. ad Iuuenium, 91, 2. Da breue saeuia spatiū, pelagique, tuæque. Ovidius 7, epistol. 15. Gliscit saeuitia. Tacitus libro 5. Relinquere saeuiam. Ovidius 6, Metam. 138. Trahere aliquid ad saeuiam. Tacitus libro 3.

¶ Sæuitas. Firmicus libro 5, cap. 5. Semper ad arma parati, unde alios sua fortitudine aut saeuitate detercent.

¶ Sæuio. Liuus 3, ab Urbe, 188. Sæuite in tergum, & in certuices

ees nostras; pudicitia saltet in tuto sit.  
Grauiter saeuit. Virg. 4, Georg. 52. F'agellis. Iuuen. Satyr. 10, 18. Rabie famaque saeuit. Ouidius 11, Metam. 70. In aues omnes saeuit accipiter. Ouidius 11, Metam. 70. Amor resurgens saeuit. Virg. 4, Aen. 107. Bellum saeuit in pestore. Silius libro. 1, 16. Quo fortuna magis saeuit, magis ipse resistis. Ouid 2, de Ponto, eleg. 3, 11. Dolor saeuit in etrepro amore. Propert. libro 2, eleg. 9, 8. Ira saeuit in illum. Ouidius 14, Metam. 36. Latratus canum saeuit in auras. Virg. 5, Aen. 52.

**SAGA**] Horat. 1, Carm. ode 27, 5.  
Quæ saga, quis te solvere Theſſalas  
Magus venenis; quis poterit deus?  
Colum. lib. 1, cap. 1, 20.

Theſſala saga. Propert. libro 3, eleg. 24, 2.

Rapacis sagæ præcepta. Tibull. libro 1, eleg. 24, 2.

¶ Saga: Genus vestu. Cato cap. 59. Quoties cuique tunicam aut sagam dabis, prius veterem accipito.

**SAGAPENVM**] Succus herbæ ferulaceæ, quæ in Media nascitur. Plinius libro 20, cap. 18.

**SAGARIA, SAGATVS**] Vide **SAGVM**.

**SAGAX**] Martial. libro 12, 88,  
Excogitauit homo sagax & astutus.

Palatum sagax in gusto. Plinius libro 8, cap. 37, 1. Animus sagax Lucretius libro 1, 82. Curæ sagaces. Horat. 4, Car. ode 4, 15. Mens sagax Lucretius libro 1, 208. Ratione sagaci videndum est. Lucretius libro 1, 26. Sagacissimum sterum naturæ. Columel. libro 1, cap. 1, 29. Naris sagax. Lucanus libro 7, 168. Nasum sagax. Plautus in Curcul. 3, 16. Sagaces canes dicuntur (authore Festo) qui seruat enbilia præsentunt. Catulo sagaci sectari leporem. Ouidius 1, de Rem. amor. 41. Anser sagacior canibus. Ouidius 11, Metam. 120.

¶ Sagacitas. Sagacitas etiam sensuum corporis. Seneca epistol. 96.

¶ Sagaciter. Colum. libro 7, cap. 12, 7. Satisque pulchre funguntur officio, si & aduenientum sagaciter adoriantur, & latratu conterent.

Odorati sagaci. Horat. Epod. 12, 1.

**SAGENA**] Martialis libro 5.

Excipitur va'ta circumuallata sagena.

**SAGINA**] Iuuenalis Satyr. 5, 7.

— genialis agatur

Iste dies: propria stomachum laxare saginis.

Plautus Miles. 11, 30.

Postules sagina ejercere cellaria. Plinius libro 9, cap. 59.

Immunda sagina Propert. lib. 4, eleg. 3, 5.

Sagina dicendi. Quint. libro 10, cap. 5.

Inanis. Quintilianus libro 2, cap. 15, 18.

¶ Sagina: Pinguedo superba. Iustinus libro 20. Sublatissimæ mulis, in segnitiam lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumq; valetudinem contraxit. Plaut. Mostel. 2, 62,

— bibite, pergraciamini, Este, ac scrite vobis saginam.

Sagino. Columel. lib. 6, cap. 38, 3. Ea herba viridis, nec tarda, tamen arida, fœni vice saginat iumenta. Ibid. cap. 17, Ordeo saginandus equus.

Saginare exquisitis epulis. Plinius libro 9, cap. 35, 16.

Saginare plebecm, populares suos vt iugularentur. Liuius 6, ab Vrbe, 7, 5.

¶ Saginatus. Porcus sagnatus. Propert. libro 4, eleg. 1, 5.

¶ Saginatio. Plinius libro 8, cap. 51, 3. Pingue sunt sexaginta diebus; sed magis tridui inedia saginationem orsa.

¶ Saginarium. Varro libro 3, de Rust. cap. 10, 6. Ad saginandum eligunt pullos circiter sesquimense qui sunt natu; eos includunt in saginario.

¶ Saginarius. Mulus saginarius: Bos saginarius. Servius.

**SAGITTA**] Missiles sagittæ. Horatius 3, Carm. ode 6, 4.

Hamatæ. Ouidius 3, Trist. eleg. 10, 13. Pennigeræ. Silius libro 8, 76. Infestæ Iuuenalis Satyr. 15, 8. Scelerata. Ouidius 1, de Arte, 40. Leues. Virgilus 5, Aeneid. 14. Volucris sagitta. Silius libro 7, 130.

Aptate neruo sagittas. Virg. 10, Aen. 27.

Armatus sagittis ac face. Quint. lib. 3, cap. 4, 20.

Asperare sagittas effusio. Tacitus. De Germanis.

Celeres sagittas corripere. Virg. 1, Aen. 36.

Depromere sagittam pharetra. Virg. 11, Aen. Aen. 172.

Neruo stridente sagitta per cælum diuerberat auras. Virg. 5, Aen. 101.

In aliquem ire sagittis Stat. 3, Sylu. 5, 1.

Primus sagittus Phœbi imbuuit draco. Seneca Herc. furen. 6, 24.

Non secùs ac neruo per nubem impulsa sagitta. Virgilus 12, Aeneid. 172.

Promere celeres sagittas. Horatius 3, Carm. ode 20, 2.

Volans sagitta. Ouidius 3, Trist. eleg. 10, 11.

Nudis sagittis vii ad bella. Ouidius 1, de Rem. amor. 5.

¶ Sagittam, inquit Columel. libro 3, cap. 17, rustici vocant nouissimam partem surculi. Ibidem, libro 3, cap. 10, 19. Plinius libro 27, cap. 21, 4.

Sagitta: Signum cælestis. Plinius libro 18, cap. 16, 4.

Sagitta: Herba. Plinius libro 21, cap. 17, 7.

¶ Sagittarius: Adiectum. Plinius libro 16, cap. 36, 8. Suum genus sagittario calamo.

¶ Sagittarius: Signum cælestis. Plinius libro 17, cap. 24, 1.

¶ Sagittifer. Geloni sagittiferi. Virg. 8, Aen. 145.

Pecus sagittifera. Claud. de histri. 37.

Pharetræ sagittifera. Stat. 1, Achilleid. 8, 5.

Mense Sagittipotens folis quam sustinet orbem.

**SAGMEN**] Festus: Sagmina vocantur verbenæ, id est, herbz puræ. Neuius: Ius sacratum iouis iurandum sagmine. Liu. 1, ab Vrbe, 98. Iubéne me rex cum Patre patrato populi Albani fcedus ferire? Iubente rege: Sagmina, inquit, te rex posco. Plinius libro 22, cap. 2, 3. Quoniam non aliunde sagmina in temedijs publicis fuere, & in sacrificijs legationibusque verbenæ.

**SAGVM**] Lugubre sagum mutare Punico. Hora Epod. 9, 6.

¶ Sagum: vestis stragulæ genus.

Sueton. in Othon. cap. 2. Distento sago impositum in sublimi iactare. Columel. libro 1, cap. 8, 6. Quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, cinctibus confectis, vel sagis cucullis.

¶ Sagulum. Virgilus 8, Aeneid. 13, 2.

Vigatis lucent sagulis.

Fulgentis saguli honor. Silius libro 17, 107.

Sagulum gregale. Liu. 7, ab Vrbe, 16, 5.

Sagulum Hispanum. Liu. 7, bell. Pun. 11, 6.

Sagulo militari cooperatus. Liu. 1, bel. Pun. 14.

¶ Sagatus. Martialis libro 6, 11.

Vis te purpureum. Marce, sagatus armem?

¶ Sagulatus. Sueton. in Vitellio. cap. 11. Sagulatis comitibus, ac deterratis comitilitonum armis.

¶ Sagaria: Exercitum vendendis sagis. Vlpianus de Tributaria actione: Duas negotiationes exercet puer, sagariam & linteriam.

**SAL**] Cato: Ex sale, qui apud Caithinenses fit. Sallust. in Iugurtha: Neq; saltem, neque alia gula irritamenta.

Concha salis puri. Horat. 1, Serm. Sat. 3, 3. Sal torridum. Columel. libro 7, cap. 5. Fusile. Colum. libro 6, cap. 33. Flavis salis. Plinius libro 38, cap. 10, 20. Flumina. Plinius libro 31, cap. 7, 3. Grumus. Plinius libro 33, cap. 4, 18.

Montes salis nativi. Plinius libro 32, cap. 7, 4.

¶ Sales: pro Condimento ipso. Colum. lib. 7, cap. 8, Aspergitur tritica salibus.

Sal, vacuum in gemmis. Plinius libro 37, cap. 2, 10.

De murinibus.

Sal: pro Sapientia. Terent. Eunuch. 3, 1, "o, Verbis sapientie in se transmuter, qui habet saltem Qui in te est.

Sal: Probranitas. Catul. de Quintia, 81, 1.

Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Plinius libro 31, cap. 7, 14. Sales appellantur, omnisque virtus & lepos & summa hilatitas, laborumq; requies. Martialis libro 3, 20,

Lepore tintos Attico sales narrat.

Librorum sales. Propert. libro 3, eleg. 21, 6. Aspersi sales.

Claud. 2, Paneg. 3. Sal facetus. Plinius libro 3, 6, cap. 63.

Proterui sales. Satyr. 1 Syl. 6, 2. Noti sales intera pomertia. Iuuen. Satyr. 9, 2. Versiculi habent saltem ac leporem. Catul. ad Aurelium. 16, 2.

¶ Sal: mare. Virg. 1, Aen. — & spuma salis ære rubeante. Méne salis placidi vultum, fluctusque quietos. Ignorare putes? Virg. 10, Aeneid. 17, 2.

Rapidum sal. Catul. de Berecynth. 5, 8, 4.

Tremuli salis aduersæ vnde. Catul. Argon. 59, 26.

Vesco sale faxa pereis. Lucretius libro 1, 67.

Sale, in nominativo. Ennius lib. 4, Annal. Ceruleum spuma sale conferta rate pulsum.

¶ Salarius: sublans. Mart. libro 1, 126.

Quod viles pueri salariorum.

¶ Salarius: Adiectum. Liu. 9, bel. Pun. 18, 5. Vestigia ciam nouum ex salario aurona statuerunt. Plinius libro 31, cap. 7, 14. Sicut apparet ex nomine Salarij viz. quoniam illa sal in Sabinos portari consuerat. Varro 3, de Rust. cap. 2, 1, 1.

 Fluviis venenis. Ouid. 7. Metam. 109.  
 Lectum alicuius. Ouid. 1. de Arte. 149.  
 Opus. Tacit. lib. 20.  
 ¶ Temerare: suprare. Tacit. lib. 1. Eandem Julian in matri-  
     monio M. Agrippæ temerauerat.  
 ¶ Temerandus. Lucan. lib. 1, 30,  
     —& nunquam temerando parcere ferro.  
 ¶ Temeratus. Sacra hospitij temerata. Ouid. epist. 16, 1.  
 Amicus temeratus. Ouid. 3. Amor. eleg. 8, 13.  
 Voluntas nostra temerata est Ouid. 9. Metam. 126.  
 Castra infusa temerataque. Tacit. lib. 1.  
 ¶ Temerator. In 1. si quis obrepserit. ad legem Corneliam  
     de fals.  
 TEMETVM] Plautus Aulul. 1, 1, 6.  
     Quia temeti nihil alatum intelligo. Plin. lib. 14. cap. 13.  
     1. Cato ideo propinquos foemini osculum dare iussit, vt  
     scirent an temerum oleores. Horat. 2. epist. 2. epist. 2, 33.  
     Pullos, oua, cadum temeti.  
 ¶ Temulentus. Terentius Eunuch. 4, 3, 11.  
     Temulenta es. p. vtinam sic sint qui mihi male volunt.  
 ¶ Temulenter Colum. lib. 2. cap. 2, 9. Iam nunc Gangeticas  
     & Aegyptias aues temulenter cruentant.  
 ¶ Temulentia. Plin. lib. 14. cap. 2, 10. Siquidem temulentiam  
     sola non facit.  
 TEMNO] Virgilius 1. Aeneid 1, 10.  
     Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. Horat. 2.  
 Serm. Satyr. 1, 8. Ieiunus stomachus rato vulgatio temnit.  
 Ouid. 3. de Arte. 60. Est & in incessu pars non tenenda de-  
     coris.  
 ¶ Temptor. Deorum temptor Seneca Agamem. 7, 4.  
 TEMO] Ouid. lib. 2. Metam. 22,  
     Aureus axis erat, temo aureus. Colum. lib. 6. cap. 2, 6.  
     Cui ramus illigatur & temonis vice trahitur.  
 Aereus temo. Virg. 3. Georg. 35.  
 Obliquo temone plaustrum flexere. Ouid. 10. 89.  
 Reuulsus temone axis. Ouid. 2. Metam. 64.  
 ¶ Temo: p. o Siip. te, sive lignis transversarijs & longurijs. Cato  
     lib. 5. cap. 19. Omnesque transuersis sex temonibus quasi  
     vacetræ inter se ligantur.  
 TEMPE] loca amena, nemora præsertim atque aquas ha-  
     bentia. Virg. 2. Georg. 94.  
     Speluncæ, viuīq; lacus, ac frigida Tempe.  
 Heliconia Tempe. Ouid. 1. Amor. eleg. 1, 4.  
 Opaca. Seneca Troade. 9, 1.  
 Peneia. Virgilius 4. Georg. 65.  
 Tenebrosa. Stat. 10. Thebaid. 13.  
 Theffala. Horat. 2. Carm. Ode 7, 1.  
 Umbrosa. Stat. 6. Thebaid. 18.  
 TEMPERO] Aequor rotum temperat Neptunus. Ouid. 12.  
     Metam.  
 Vesper frigidus temperata æra. Virg. 3. Georg. 68.  
 Aes

Acte conflare & temperare. Plin.lib.7.cap.56,6.  
 Amara risu. Horat. 1. Carm.ode 16,6.  
 Aquam ignibus. Horat. 3. Carm.ode 19,2.  
 Vnda temperat arua arentia. Virg. 1. Georg.22.  
 Domum temperate arte. Propert.lib.3.eleg.5,6.  
 Iris. Virg. 1. Aeneid.13.  
 Lachrymas alicuius. Ouid.ad Liuiam.2.  
 Ira temperat manus. Propert.lib 3 eleg.22,5.  
 Lympha temperat merum. Tibullus lib.3.eleg 7,6.  
 Mundum temperat varijs horis iuppiter. Horat. 1. Carm.  
     ode 12, 4.  
 Ora temperare frænis. Horat. 1. Carm.ode 8,1.  
 Ratem. Ouid. 13. Metam.74.  
 Sumpius. Ouid. 1. Amor.eleg.3,2.  
 Voguentum. Plin.lib.13.cap.2,1.  
 Respublicas. Plin.lib.6.cap.19,1.  
 Thermas. Martial.lib.10,48.  
 Vestigalia. Plin.in Paneg.  
 Vires suas iustitia. Ouid. 3. de Ponto, eleg 6,5.  
 Actati iuuenum temperate: Moderari. Plautus Truc.3,29.  
 Idem Mercat.24,21,  
     Temperare istac ætate Istis decebat te artibus.  
 Animis. Liu. 5. ab Vrbe,201.  
 Cædibus. Liu. 2. ab Vrbe,72.  
 Gula. Plin. epist. 10,b.  
 Lætitia. Liuius lib. 5,  
 Linguae. Plaut-Rudente,27,18.  
 Manibus. Liuius 1.bel. Macc.77.  
 Nequeo mihi reperare, quo minùs, &c Plin.lib.18.cap.6,9.  
 Vino temperare in vnum diem. Liuius 10.bel. Macc.59.  
 Temperare ab iniuria. Cæsar 1.bel. Gal.28.  
 A' lachymis. Virg.a. Aeneid. 2.  
 In amore. Plautus Epid.3,8.  
 Temperare maledicere. Plautus Pœnul. 16,73. Idem Pœn.  
     2,22. Vel dormire temperent.  
 Temperare vrbibus oppugnandis. Liu.lib.10.ab.Vrbe,  
 q Temperatum est. Liuius 1.ab Vrbe, 129, templis tamen  
     deum temperatum est.  
 q Temperans. Terent. Heaut. 3.3.19,  
     Hominis frugi & temperantis functus officium.  
 Genitio inuenitum. Terentius Phormionis 1.1.41,  
     Famæ temperans. Gaudij. Plin.in Paneg.86.  
 q Temperanter. Haberi temperanter. Tacit.lib.4.  
 q Temperantia. Temperantia in cibis. Plin.lib.28.cap.5.  
 q Temperatus. Plin.lib.11.cap.37,24. Et temperato reper-  
     cussu non obstrepat.  
 Mens temperata. Horat. 2. Carm.ode 3,1.  
 Praëta temperata: Instructa, & ad opus Cato cap.12,  
 Tempus temperatum Varro 2. de Rust cap.5,12.  
 Vis temperata. Horat. 3. Carm.ode 14,14.  
 Vsus temperatus. Horat. 2. Carm.ode 3,1.  
 q Temperate. Cato cap. 69, Vbi temperate tepebit, tum  
     cum cuminum indito, postea linito.  
 q Temperator. Martial. lib.1. 161,  
     Quam fluctu tenui, sed inquieto,  
     Armorum Salo temperator ambit.  
 q Temperamentum. Adhibere temperamentum. Plinius.  
 Artifici temperamento librare manum. Plin.lib.12.ca.25,4.  
 Lingue temperamentum. Liu. 8.bel. Pun.248.  
 Sequi temperamentum in re aliqua. Martial.lib.1,29.  
 q Temperatura. Temperatura ferri. Plinius lib.34.cap.15,L.  
 Temperatura cæli. Varro.  
 q Tempes. Plin epist. 101,a.lib. 5, Accipe temperiem cæ-  
     li, regionis sium, villa amoenitatem. Ouid. 4. Metam.69.  
     —temperie blandarum captus aquarum.  
 Docta tempestes fruendi. Stat. 2. Sylu.2,31.  
 Tempestes morum tranquilla. Stat. 2. Sylu.6,10.  
 Cæli temperie iuuatur corpus. Ouid. 2 de Ponto, eleg.7,15.  
 Tempestes: Temporis commoditas. Plin.lib.17.cap.10,14, Cu-  
     stodita tempestes, vt viridi cælo seruantur, ac fine aurora.  
 Mitis tempestes. Claud. 1. de rapt. Proserp.53.  
 TEMPESTAS, TEMPESTIVVS] Vide TEMPUS.  
 TEMPLVM] Lucida cæli tempora, Lucret. lib.1.206.  
 Templum: Celum ipsum. Ennius:  
     Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.  
 q Templum: ader facie & aliatoca septa, vnum tanum inur-  
     sum habentia.  
 Positor templorum. Ouid. 2. Fast. 13.  
 Alta tempora. Virg. 6. Aeneid. 9.  
 Annosa. Seneca Herc. Oetzo.7,9.  
 Aurata. Lucret.lib.2,6.  
 Aurea. Propert.lib.4.eleg.1,1.  
 Celebria. Quint.lib.1.cap.4,12.  
 Ingens templum. Virg. 1. Aeneid. 90.  
 Operosa tempora dei. Ouid. 15. Metam.114.  
 Penetralia, Lucret.lib.1.2.18.

Radiantia auro. Quidius 3. de Arte,90.  
 Sacratum templum. Virg. 2. Aeneid.33.  
 Sublimia tempora. Quid. 7. Metam.120.  
 Sylestria Nympharum. Lucret. lib.5,190.  
 Venerabile templum. Ouid. 2. de Remed.31.  
 Contendere templum. Virg. 1. Aeneid.90.  
 Excisa tempora. Stat. 5. Sylu.3,40.  
 Factum de marmore templum. Ouidius 1. de Arte,17.  
 Indicere honorem templis diuum. Virg. 1. Aeneid. 128.  
 Inſituam tempora de marmore. Virg. 6. Aeneid.14.  
 Ponere templum de marmore. Virgilius 3. Georg.3.  
 Ponere templum alicui. Tacit.lib.15.  
 Immania tempora posuit loui. Virg 4. Aeneid.40.  
 Reficere tempora. Horat. 3. Carm.ode 6,1.  
 Sistere templum. Tacit.lib.20.  
 Statuere alicul. Ouid. 14. Metam.26.  
 Structa saxo tempora. Virgil. 1. Aeneid.17.  
 Temerata tempora Mineruæ. Virg.6. Aeneid.168.  
 Violare tempora. Seneca Troade,6,53.  
 Linguæ iudicantia tempora. Lucret.lib.4,126.  
 Menthis tempora. Lucret. lib.5, 12.  
 q Templum: Tignum quod in sacro ædificio transuersum supra  
     canterios ponitur. Vitruvius lib 4.cap. 2.  
 q Templum: Sepulchrum. Virgil. 4. Aeneid.92,  
     Præterea fuit in textis de marmore templum  
     Coniugis antiqui.  
 TEMPORALIS] Vide TEMPUS.  
 TEMPUS] Tépus quod x̄ēs vocat. Quint.lib.3.cap.6.19.  
 Tempus aptius cibo. Celsus lib.3.cap.5.  
 Tempus: pro Conſtituto tempore. Terent. Andr. 4.1.7,  
     Pōss vbi tempus, promissa iam perfici.  
 Tempus: pro Opportunitate. Plautus Persa. 14,8,  
     Is aderit adeundi tempus. Idem Menæch.12.29,  
     Tempus est abire ab his locis lenonijs.  
 Edendi tempus. Horat. 1. epift. 17,5.  
 In præsens tempus. Horat.de Arte,9,  
 In tempore venire. Terent. Andr.4.5.19,  
 In ipso tempore. Terent. Andr.3.2.52,  
 In puncto temporis. Lucret.lib.4,34.  
 Per id tempus. Cæsar.  
 Tempus ætatis. Terent. Hecyra,4.2.12.  
 Tempus diei. Terent. Heaut. 1.6.38,  
 Scholarum tempora. Quint.lib. 1. cap.1,9.  
 Exiguum temporis. Ouid. 13. Metam.189.  
 Fuga temporum. Horat. 3. Carm.ode 30,1.  
 Gradus. Quint.lib.5.cap.10,32.  
 Interualla ac spiramenta. Tacit.in vita Agricolæ.  
 Pars temporis exigua. Lucret.lib.3,81.  
 Puncto temporis. Lucret.lib.1,219.  
 Succisia temporum. Quint. lib. 1. cap.12,10.  
 Accommoda fraudi tempora. Stat. 6. Thcb.123,  
 Atum tempus. Horatius de Arte,35.  
 Amicum fraudibus. Stat. 3. Sylu.1,8.  
 Angustum. Claud.2.in Ruff.11.  
 Annuæ tempora. Ouid. 3. Amor. eleg.9,1.  
 Anteactum tempus. Lucret.lib.3,169.  
 Antiqua tempora. Quint.lib.1,1.cap.10,10.  
 Auctum. Horat. Epod.16,14.  
 Congrua tempora. Claud. 1. in Ruffinum,64.  
 Coniunctum tempus. Quint.lib.7. cap.3,36.  
 Dextrum. Horat. 1. Serm.Satyr. 1.4.  
 Dira tempora. Iuuen. Satyr.4,8.  
 Diurnum tempus. Quint.lib.7. cap.3,35.  
 Dura tempora. Horat. 2. epift.1,10.  
 Edax rerum tempus. Ouid. 15. Metam.47.  
 Exiguum. Ouid. 2. Amor.eleg.2,8.  
 Exoptabile. Silius libro 11,78.  
 Faustum. Lucret.lib.1,162.  
 Festum. Horat. 2. epift. 1,29.  
 Feruens; cui opponitur Frigidum. Celsus libro 5.cap.26.  
 Frigidum. Seneca Thyest.2,2.  
 Generale. Quint.lib.5.cap.10,30.  
 Generale. Ouid. 3. Trist. eleg.13,4.  
 Genitale tempus mundi. Lucret.lib.2,220.  
 Gratum. Horat. 2. epift. 2,40.  
 Graue. Horat. 3. Carm.ode 23,2.  
 Heroica tempora. Quint.lib.1. cap.11,9.  
 Hybernum tempus. Ouid. 11. Metam.130.  
 Incluctabile. Virg. 2. Aeneid.65.  
 Iners. Stat. 2. Thebaid.21.  
 Inexcusabile. Ouid 7. Metam.105.  
 Ingrata tempora. Horat. 1. epift. 1,5.  
 Iniquum tempus. Lucret.lib.1,9.  
 Iustum pugna. Virg. 10. Aeneid.3.  
 Læuum. Horat. 2. Serm.Satyr.4,1.  
 Longum. Seneca Agamemn.12,3.

Maturo tempore adepta est coniugium. Catullus in Carm.  
 nupt. 57, 12.  
 Matutinum tempus. Ouid. 13. Metam. 128.  
 Modicum. Quintilian lib. 1. cap. 2, 10.  
 Mollissima tempora fandi. Virg. 4. Aeneid. 59.  
 Nocturnum tempus. Lucretius libro 4, 90.  
 Nubila tempora. Ouid. 1. Trist. eleg. 8, 2.  
 Opportunum curationi tempus. Celsus lib. 5. cap. 26.  
 Paruum. Lucretius libro 6, 163.  
 Prisci temporis anni. Ouid. 1. Fast. 40.  
 Prosperum tempus. Tacit. lib. 12.  
 Quodam tempore. Ouid. 2. Metam. 111.  
 Sacrum tempus. Horat. in Carm. secul. 2.  
 Secretum. Quint. lib. 1. cap. 2, 9.  
 Secundum. Quint. lib. 7. cap. 3, 36.  
 Secunda tempora. Horat. 4. Carm. ode 9, 7.  
 Segne tempus. Valer. 1. Argon. 76.  
 Solstitialis. Ouid. 6. Fast. 158.  
 Spatiolum. Ouid. 1. Amor. eleg. 8, 17.  
 Speciale. Quint. lib. 5. cap. 10, 30.  
 Supremo tempore adesse alicui. Catullus Argon. 19, 10.  
 Tranquillum tempus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10, 15.  
 Vacuum tempus, curaq; solutum. Lucretius libro 2, 10.  
 Verni temporis hora. Horat. de Arte. 61.  
 Tempus abit iners. Ouid. epist. 13, 63.  
 Abiit iam & transfuetum est tempus. Tacit. lib. 18.  
 Arripere tempus. Virg. 11. Aeneid. 91.  
 Captio tempore agere aliquid. Virg. 11. Aeneid. 157.  
 Debita tempora completere. Virg. 9. Aeneid. 12.  
 Maturus compleuit tempora venter. Ouid. 11. Metam. 63.  
 Puerile tempus concessit iuuent. Ouid. 6. Metam. 144.  
 Decedentia tempora. Horat. 1. epist. 6, 1.  
 Dependere tempora amori. Lucan. lib. 10, 16.  
 Dicere tempora alicuius. Tacit. lib. 1.  
 Differre. Ouid. 9. Metam. 154.  
 Digerere. Ouid. 1. Fast. 6.  
 Diuidere tempus. Quint. lib. 5. cap. 10, 32.  
 Diuidere curarum remissionumq; tempora. Tacit. in vita  
     Agricolæ.  
 Diuidere temporibus negotiū aliquod. Terent. And. 3, 1, 18.  
 Date tempus alicuius rei. Quint. Tryphoni. 2.  
 Dare tempora studijs. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9, 10.  
 Edere tempus. Quint. lib. 4. cap. 2, 69.  
 Dum tempus est. Terent. Eunuch. 1, 1, 11.  
 Tempus est sacere. Plaut. Afin. 16, 62.  
 Tempus est ut eamus ad forum. Plautus Milit. 3, 72.  
 Tempus est ad rem. Terent. Eunuch. 4, 1, 7.  
 Nunc ita tempus est mihi. Terent. Heaut. 4, 1, 59.  
 Non est nunc tempus. Terent. Hecyra. 4, 4, 77.  
 Vbi tempus tibi erit. Terentius Eunuch. 3, 2, 3, 2.  
 Euoluere tempora & fastos. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, 23.  
 Exigere tempus. Virg. 4. Aeneid. 96.  
 Tarda fluent tempora. Horat. 1. epist. 1, 5.  
 Irreparabile tempus fugit. Virg. 3 Georg. 57.  
 Impendere tempus alicui. Quint. lib. 1. cap. 2, 3.  
 Labuntur tempora assiduo motu. Ouid. 15. Metam. 36.  
 Legere & diligere tempora cibo. Celsus lib. 3. cap. 6.  
 Leniet odium tempus. Ouid. in Ibis. 9.  
 Oblatum tempus. Lucan. lib. 7, 41.  
 Partiti tempora in plures. Quint. lib. 1. cap. 2, 3.  
 Peractum tempus. Ouid. 2. de Arte. 133.  
 Fondere tempora. Quintil. lib. 2. cap. 1. Ouid. 11. Metam. 58.  
 Orbis perfectus temporis. Virg. 6. Aeneid. 149.  
 Ponere tempus alicui. Virg. 1. Aeneid. 57.  
 Pratumere tempus in et aliquid. Quint. lib. 1. cap. 1, 14.  
 Promissum tempus. Ouid. epist. 1, 1.  
 Suppeditabit tempus. Quint. lib. 1. cap. 12, 10.  
 Tolerare patienter tempora. Quint. lib. 6. cap. 3, 77.  
 Longo post tempore venit. Virg. eclog. 1, 6. (13, 155).  
 Tempus & occasio venit liberè loquendi. Plautus Trinum.  
 Vertuntur tempora annorum. Lucretius libro 5, 289.  
 Tempus: Pars capitis, qua est ad latera. Virg. 1. Aeneid. 83,  
     Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Columel.  
     lib. 7, Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt.  
 Ardua tempora. Stat. 6 Thebaid. 184.  
 Caua. Virg. 10. Aeneid. 179.  
 Fluenta. Ouid. 1. Amor. eleg. 1, 7.  
 Trunca. Ouid. epistol. 9, 28.  
 Turgentia. Stat. 5. Thebaid. 54.  
 Aduelat tempora vitidilato. Virg. 5. Aeneid. 50.  
 Cingere tempora floribus. Catul. in Epithal. Iuliz. 56, 2.  
 Myrto. Virg. 1. Georg. 6.  
 Ramis. Virg. 5. Aeneid. 171.  
 Euinsti tempora puniecius rænijs. Virg. 5. Aeneid. 54.  
 Prædura tempora fregit nodoso robore. Ouid. 12. Metam. 70.  
 Populata tempora raptis auribus. Virgiliius 6. Aeneid. 99.

Praeingens rofeo tempora vinculo. Seneca Medea. 2, 3.  
 Protecta tempora fuluo capillo. Ouid. 12. Metam. 55.  
 Redimitus tempora lauro. Virgiliius 3. Aeneid. 17.  
 Religata tempora sceno. Ouid. 14. Metam. 129.  
 Sparsus tempora canis. Ouid. 8. Metam. 114.  
 Tegere tempora vitta. Virg. 4. Aeneid. 128.  
 Velare tempora myrto. Virgiliius 5. Aeneid. 15.  
 Vincti tempora verbena. Virg. 12. Aeneid. 24.  
 Vmbrata tempora queru. Virg. 6. Aeneid. 155.  
 Tempus: pro Capite. Catul. in Epithal. Iuliz. 56, 33.  
     Vñque dum tremulum mouens  
     Cana tempus anilitas  
     Omnia omnibus annuit.  
 Tempori: Aduerbum Plautus Menach. 9, 84,  
     Sequimini: vt quod imperatum est, veniam aduersum  
     tempori. Cato cap. 2, 1, Satis ne tempori opera sient con-  
     fecta.  
 Tempore: pro Tempori Plautus Asin. 12, 143,  
     Vt tempore, opportuneq; attulisti.  
 Temporius. Colum. lib. 1. cap. 4, 2, Ante crepusculum  
     propter cibi spem temporis ad officinam redeant.  
 Temporius & Serius, contraria. Col. lib. 2. cap. 18, 2. Ouid. 4.  
     Metam. 40.  
 Tempotarius. Plin. in Paneg. 148, Non ergo temporarie  
     & subitum est. Plin. Maior lib. 16. cap. 33, 4. Quædam tem-  
     poraria vis.  
 Temporalis. Quint. lib. 6. cap. 2, 9, Adjiciunt quidam pe-  
     ritorum, περιστατη τempore esse.  
 Exsiliū tempore, Hermogenianus in l. de iniuria. ff. de  
     injur. & famosis libel.  
 Temporalis: pro Inconstanti. Curtius lib. 4, Ut sunt Græcorum  
     temporalia ingenia.  
 Tempestas: Tempus ipsum. Plautus Mostel. 2, 17,  
     Cis hercule paucas tempestates Tranio  
     Augebis ruri numerum. Sallust. in lugurtha: Ea tem-  
     peste in exercitu nostro fuere complures noui & igno-  
     biles.  
 Tempestas: serenum tempus. Virg. 9. Aeneid. 4,  
     —vnde hæc tam clara repente tempestas.  
 Liquidissima tempestas cœli. Lucretius libro 4, 34.  
 Mala. Cato de Re rust.  
 Marina siue terrestris. Vlpian. in l. 2. § si non. ff. si quis cau.  
 Salubris. Claud. de Phoenice. 3, 20.  
 Secunda. Tacit. in vita Agricolæ.  
 Atridet tempestas. Lucret. lib. 2, 7.  
 Ridet. Lucret. lib. 5, 280.  
 Tempestas: procellosum tempus. Plautus Most. 9, 18,  
     —tempestas venit; Constringit tegulas, imbricesque.  
 Plin. lib. 18. cap. 28. Illa tempestate & tempore. Catul Argon.  
 Rex tempestatum: Aetius. Virg. 10. Aeneid. 8. (59, 15).  
 Potentes tempestatum dij. Virg. 3. Aeneid. 106.  
 Atra tempestas. Virgiliius 2. Aeneid. 103.  
 Atrox Claudianus de bello Getico. 29.  
 Fera. Ouid. 1. Fast. 99.  
 Naufraga. Valer. Argon. 118.  
 Notabilis. Tacit. lib. 17.  
 Poetica. Iuuen. Satyr. 12, 3.  
 Sæux tempestates. Tacit. in Vita Agricolæ.  
 Sonoræ. Virg. 1. Aeneid. 12.  
 Turbida. Virg. 12. Aeneid. 57.  
 Violenta. Seneca Herc. furen. 11, 8.  
 Pelagi tempestibus aetus. Virg. 3. Aeneid. 141.  
 Auertere tempestates. Plin. lib. 37. cap. 10, 1.  
 Conflata ventis tempestas. Stat. 5. Thebaid. 105.  
 Horrida tempestas cœlum contraxit. Horat. Epod. 13, 1.  
 Coorta tempestates cœlo terraque. Lucet. lib. 6, 192.  
 Demissa tempestas ab Euro. Horat. 3. Carm. ode 17, 2.  
 Sæuior it trucibus tempestas acta procellis. Silius lib. 3, 46.  
 Fulget tempestas tremulo impete. Lucretius libro 6, 35.  
 Fœdam tempestatem in glomerant nubes. Virg. 1. Georg. 65.  
 Hocescit nimbus turbida tempestas. Silius lib. 1, 27.  
 Incubuit sylvis tempestas. Virg. 2. Georg. 62.  
 Resedit tempestas. Stat. 9. Thebaid. 105.  
 Sedate tempestates. Plin. lib. 37. cap. 10, 15.  
 Setenare. Virg. 1. Aeneid. 52.  
 Cruenta tempestas. Claud. 6 Paneg. 16.  
 Ferrea. Silius libro 15, 24. (erat)  
 Tempetuofus. Gellius: Mare lœcum ac tempestuofum  
 Tempetiuss. Tempetiuss homo. Plin. lib. 8. cap. 53, 2.  
 Hora tempestiu narrabibus. Ouid. 5. Metam. 100.  
 Ludum tempestuum pueris cōcedere. Horat. 2. epist. 2, 29.  
 Pinum tempestuam euertere. Virgiliius 1. Georg. 51.  
 Viro tempestiu virgo Horat. 1. Carm. ode 23, 1.  
 Tempetiue Plautus Truc. 3, 19.  
     Qui nostræ zati tempestue temperant.  
 Sepultus tempestu. Ouid. 4. Trist. eleg. 9, 17.  
 Temp-

¶ Tempestivitas. Plin.lib.10. cap.34.2. Columbae præparantes tempestivitatem cibo.

Tempestivitas stomachi totiusque corporis. Plinius libro 29. cap.6.13.

TEMPLENTIA, TEMPLENTVS] Vide TEMETVM.

TENAS MVS] Plinius libro 28. cap.14. 9. Tenas mus, id est, inanis voluntas egerendi, tollitur poto lacte asinino.

TENAX, TENACITAS] Vide TENE O.

TENDO] Virg.3 Aeneid.54.  
Tendunt vela Noti.

Arcus tendere. Virg.7 Aeneid.33.

Oculos pariter, celumq; tetendit. Virg.5 Aeneid. 02.

Grauitas tendebat ytesum. Ouid.9 Metam.58.

Tendere: *Insidari*. Terent. Phorm. 2.2.16.  
Quia non rete accipitri tenditur, nec milvio.

Casles mihi tenduntur. Tibul.lib.1. eleg 6.1.

Dolos tendere alicui. Horat. Epod.2.7.

Insidias. Sallust. in Catil.

Opus rendere vltia legem. Horat.2. Serm. Satyr.1.1.

Retia cervis. Ouid.1. de Arte,9.

Vincula tendere captio. Virg.4. Georg.8.0.

¶ Tendere: *Conari*. Virg.2. Aeneid.44.  
Ile simul manibus tendit diuellere nodos.

Tendere ad altiora. Liu.4. ab Vrbe,59.

Paulatim ad maiora tendere incipiet. Quint.lib.2. cap 4.15.

Ad eloquium. Ouidius 4. Trist. eleg 9.4.

Ad summam. Quintili. in Proœm. lib.1.15.

Ad confutatum. Liu.2. bell. Maced.2.3.

Tendere aduersus. Liu.4. bel. Maced.135. Quum aduersus tendendo nihil moueret socios.

Aduersus authoritatem Senatus. Liu.5. ab Vrbe,43.

Vltrà. Liu. lib.10. Decad.4.

Contrà. Tacit.lib.8.

Tendunt in diuersum sententiae. Liu.6. bel. Maced.42.

Tendere pertinaciter. Liu.7. bel. Maced.217.

Vasto certamine tendunt. Virg.1.2. Aeneid.111.

Odijus tendere. Virg.12. Aeneid.188.

Summa ope, vt. Liu.2. bel. Maced.194.

¶ Tendere: *Pergere*. Liu.4. bel. Pun.92. Salapiam tendit.

Tendere ad. Liu.5. bel. Pun.152.

Cursu tendit ad limina. Virg.2. Aeneid.64.

Ad mortem. Lucan.lib.4.53.

Tendere in. Virg.1. Aeneid.42.

In campum. Virg.5. Aeneid.38.

In verticem. Quint.lib.1. cap.11.6.

Tendit ad stomachum. Plin.lib.11. cap.37.48.

Tendere in quemeunque casum. Liu.4. ab Vrbe,166.

Tendit palmes sursum. Colum.lib.5. cap.6.24.

Tendere cursum aliquò. Liu.3. bel. Pun.160.

Gressum tendit ad mœnia. Virg.1. Aeneid.83.

Ierit tendebat ad naues. Virg.1. Aeneid.133.

Tendere iter pennis. Virg.6. Aeneid.48.

¶ Tendere: *Offere*. Virg.2. Aeneid.135,  
—paruumq; patri tendebat lulum.

Brachia tendere. Ouid.epist.4.30.

Lumina tendens ad cælum. Virg.2. Aeneid.81.

Manus supplices ad cælum tendere. Sallustius. Virgilius 3. Aeneid.36.

Palmas ad cælum tendit. Virg.10. Aeneid.167.

Tendit res eò. Plaut. Pseud.4.8.1,  
Tenes hæc quorsum tendant.

In diuersum disciplinæ tendunt. Quint.lib.1. cap.12.1.

¶ Tendere: *Tentoria panere, & habitare*. Valer. Max.lib.2. Ne quis eorum intra castra tenderet. Virg.2. Aeneid.6.  
Hic Dolopum manus, hic sanguis tendebat Achilles. Liu.7. bel. Maced.3.

¶ Tensus, siue Tentus. Horat.2. Serm. Satyr.5.9,  
—seu pingui tentus ormaso Furius.

Arcus tensus. Stat.3. Syll.1.15.

Neruus tentus. Ouid.6. Metam.49.

Poplite tenso saxa tenet. Stat.9. Thebaid.95.

Vbera tenta. Horat. Epod.16.10.

¶ Tentorium. Lucan. lib.1.80.  
Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno.

Candida tentoria. Ouid.8. Metam.9.

Ponere tentoria. Ouid.3. Fast.106.

¶ Tentoridum. Hirtius 6. bel. Afric. 183. Reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, ex arundinibus conijs intextis, permanebant.

¶ Tendicula. Senec.1. Natural. quæst. Vestimenta tendiculis diducta leuiter impluit.

¶ Tentigo, luen. Satyr.6,  
—ardens rigidæ tentigine vuluæ.

TENEBRAE] Via cæca tenebris. Seneca Herc. furen.9.11.

Cæca tenebrae. Lucretius libro 2.150.

Fallaces. Valer.3. Argon.37.

Nigrantes. Stat.12. Thebaid.51.

Pruinosæ Ouid.5. Metam.89.

Primit tenebris mouit. Liu.1. bel. Maced.4.

Turpe tenebræ Seneca Herc. furen.10.7.

Nox lucem abstulit tenebris. Lucan.lib.1.8.12.

Radix solis discutunt tenebras Lucret. lib.2.12.

Fugatis tenebris dies pulcher Horat.4. Carm.ode 4.8.

Incedebant tenebrae. Tacitus lib.15.

Inducere tenebras terris. Ouid.2. Metam.79.

Inhorruit vnda tenebris. Virg.3. Aeneid.39.

Insurgunt tenebrae campis. Virg.9. Aeneid.7.

Laxabant astra tenebras. Stat.12. Thebaid.51.

Natant tenebrae ante oculos. Ouid.12. Metam.28.

Omnia nigrescunt tenebris. Virg.11. Aeneid.165.

Obortæ tenebrae oculis. Ouid.1. Metam.37.

Remoræ tenebrae. Lucan.lib.8.9.

Resoluit tenebras Lucifer. Virgilii 8. Aeneid.117.

¶ Tenebrae: *per translationem*. Cudere alicui tenebras. Plautus.

Obducere tenebras. Quint.lib.10. cap.1.

Celare se in tenebris. Virgil.9. Aeneid.82.

Trahere vitam in tenebris. Virg.2. Aeneid.19.

¶ Tenebrotus. Varro 3. de Rust. cap.9.14. Eas includunt in locu tepidum. & angustum. & tenebrosum. De gallinis.

Aët tenebrosus. Virg.4. Aeneid.167.

Palus tenebrosa. Virg.6. Aeneid.22.

Sedes. Ouid.3. Metam.72.

¶ Tenebricosus. Iter tenebricosum. Catul. de passione. Lefebvre. 3. 3.

¶ Tenebrio. Varro: Si & accusator & reus erunt tenebrioses; vterque vituperato.

TENO] Virg.4. Aeneid.76.  
—neque te teneo, neque dista refello.

Arma tenenda digitis. Ouid.2. Fast.21.

Dextra strenens baculum. Ouid.1. Fast.20.

Arctius tenere aliquem. Ouid. epist.15.46.

In sinu. Ouid. epist.3.21.

¶ Teneri: *Habere possidere*. Virg.4. Georg.64.  
—quæ gurgitis huius

Ima tenes. Plin. epist.67. b. Tener se trans Tyberim in hortis.

Aliquem tenere. Virgilius 1. Aeneid.136.

Vix teneat, quin Plautus Casin.6.24.

Tenere hominem; dicitur res aliqua. Plin. in Paneg.93.

¶ Teneri: *pro Reminisci*. Mart. lib.1.143,  
Et teneo melius ista, quam meū nomen. Virg.6. eclog.9,  
— numeros memini; si verba tenerem.

Perambages tenere aliquem. Virg.2. Georg.10.

Amor tenet me. Terent. Hecyrr.3.3.44.

Amore alieuius magno teneri. Virg. lius 1. Aeneid.136.

Animos suspensos tenere Liu.5. ab Vrbe, 76.

Meru, & acerbitate pœnatur. Liu.4. bel. Maced.102.

Dulci novitate. Ouid.4. Metam.57.

In armis tenere milites. Liu.5. ab Vrbe,40.

Causam. Sueton. in Domitiano, cap.9. Liu 9 bel. Maced.9.

Clavum rectum. Quint.lib.2. cap.17.15.

Consensum aliquorum complecti & tenere. Plin. in Paneg. ad sinem.

Consilium alieuius. Plaut. Milit.5.102.

Cursus. Virg.3. Aeneid.138.

Cursum aliquò. Virg.4. Aeneid.10.

Cursum alieuius. Ouid. epist.2.3.

Teneri magno desiderio alieuius. Plin. epist.66.2.

Errore aliquo. Ouid.6. Fast.51.

Fama ita tenet. Liu.1. bel. Maced.51.

Famam & opinionem hominum tenere. Cæsar 3. belli Cœtil. 216.

Famam sine labe. Ouid. epist.16.14.

Fides cum non tenet; sed merces. Liu.10. bel. Pun.167.

Finem Britannia non fama, nec rumore; sed castris & armis tenemus. Tacit. in vita Agricola.

Flagitijs teneri. Tacitus libro 3.

Fletus tenere. Ouid.3. de Arte,27.

Fœderibus alienis teneri. Liu.4. bel. Pun.133.

Fugam alieuius tenere. Lucanus libro 1.141.

Fugam per medios hostes. Virg.3. Aeneid.57.

Gentes tenuit in pace fideli. Ouid.4. de Pont. eleg 9.16.

Summam imperii tenere. Cæsar 2. bell. Gall.3.13.

Incendio teneri. Quint.lib.2. cap.13.11.

Insaniam tenere. Plautus Capt.11.89.

Iram. Liu.8. ab Vrbe,21.

Iter. Virgilius 9. Aeneid.86.

Ius. Plautus Amphit.3. 37.

Legem aliquam. Terentius Adelph.1.2.5.

Perpetuo morbo teneri. Paulus in 1. neque sc̄mina. ff. de procuratoribus.

De vi. Seneca de Benef. lib.5. cap.8.

Linguam tenere. Ouid. 2. Trist. 89.  
 Locum aliquem. Liuius 1. ab Vrbe, 18.  
 Lumina immota tenebat. Virg. 4. Aeneid. 62.  
 Mandatum tenere memori mente. Lucret. lib. 2, 118.  
 Metam. Virgilius 5. Aeneid. 92.  
 Tenet me cunctatio. Liuius 5. ab Vrbe,  
 Quæstio tenet eum qui in ius vocatus est. Papinianus in 1.  
 iudicata ff. de except rei iudic.  
 Metu teneri. Liuius 5. bel. Pun 80.  
 Modum tenere. Plin. epist. 5. 5. b.  
 Mora nulla tenuit vocatos. Ouid. 1. Metam. 34.  
 Morbus tenet. Plautus Menæch. 19. 3.  
 Num cum veterus aut aqua intercus tenet? Sallust in  
 Jugurtha: Quem inhonestæ & pernicioſa libido tenet po-  
 Nomen æternum tenere. Virg. 6. Aeneid. 47. (tentia)  
 Obsidione teneri. Virg. 10. Aeneid. 21.  
 Oculos tenebat sub aſtra. Virg. 5. Aeneid. 170.  
 Pictura artificum oculos tenet. Plin. epist. 50. a.  
 In officio tenere aliquos. Cæſar 5. bel. Gal. 202.  
 Oppidum. Cæſar 1. bel. Ciuit. 67.  
 Ora. Virg. Aeneid. 1.  
 Obrutu defixa tenet ora. Virg. 7. Aeneid. 50.  
 Palmam tenere. Plinius lib. 35. cap. 10. 10.  
 Planta tenet: pro. Radicatur. Colum. lib. 5. cap. 6., Vitis com-  
 prehendet: & quum tenuerit, incremento arboris oppri-  
 metur.  
 Portum tenere. Liuius 7. bel. Maced. 44. Virg. 9. Aeneid. 20.  
 Propositum. Cæſar 1. bell. Ciuit. Tali instruēta acie, tenere  
 propositum vterque videbatur.  
 Regna. Ouid. 5. Metam. 56.  
 Rebus & studijs aliquibus teneri. Horat. 1. epist. 1, 27.  
 Rura tenere. Ouid. 3. Metam. 1.  
 Tenere se intra grauitatem. Plin. epist. 200.  
 Intra silentium. Plin. epist. 82. b.  
 In silentio. Plin. epist. 126. b.  
 In æternō seruitio. Liuius 4. ab Vrbe, 153.  
 In æquæſtri ordine. Plin. epist. 46. b.  
 Improbis arribus. Plaut. Pseud. 10. 7.  
 Caſhis. Cæſar 3. bel. Gal. 447.  
 Loco. Liu. 8. ab Vrbe, 148. Sic Cæſar 3. bel. Ciuit. 429.  
 Tenere: Obtinere. Plin. epist. 91., Scripferam tenuisse Vare-  
 num, vt ſibi euocare testes liceret.  
 Tenere: Abſtinere & cauere. Plautus Merc. 3. 52.  
 Omnes teneant mutuantari credere.  
 Sedem Iouis optimi Max. tenere. Tacit. lib. 19.  
 Tenuit ſententia altera. Plinius epift. 167.  
 In ſermonē tenere aliquem. Valer. 7. Argon. 52.  
 Silentium. Liu. 3. ab Vrbe, 196. Ouid. 1. Metam. 42.  
 Sitis tenet hiantes. Lucret. lib. 3, 220.  
 Spem tenere. Plautus Merc. 12. 5.  
 Summam rerum. Lucret. lib. 2, 107.  
 Suspensum aliquem. Virg. 6. Aeneid. 141.  
 Sylvas. Ouid. 1. Metam. 6. 1.  
 Tela contra aliquem. Virg. 8. Aeneid. 139.  
 Temperamentum. Plin. epift. 7. 1.  
 Torpor tenet membra. Liu. 9. ab Vrbe, 8.  
 Verecundia teneri. Liuius 4. bel. Maced. 7.  
 Vestigia alicuius tenere. Liu. 9. bel. Pun. 160.  
 Vinclæ tenent fessas nauis. Virg. 1. Aeneid. 35.  
 Vinclum tenere aliquem. Horat. 4. Carm. ode 11. 5.  
 Voluptas viuendi me tenuit. Virg. 10. Aeneid. 169.  
 Vocem tenete. Ouid. 4. Metam. 34.  
 Vocerunt eum. Lucan. lib. 7. 60.  
 Tenetib. Plautus Trucul. 10. 53.  
 Tene, tene. Plaut. Aulul. 16. 1;  
 Redi, quod fugis nunc? tene tene.  
 q Tenere: Conſtringere. Virg. 2. Georg. 75.  
 Texendæ ſepes etiam, & pecus omne teñendum eſt.  
 Atmena tenere clauſa stabulis. Virg. 3. Georg. 71.  
 Inta clauſtra aliquem. Horat. 3. Carm. ode 11. 9.  
 Teneri maniſtō. Plaut. Casin. 5. 22.  
 Tenere aliquem in noxia. Plautus Casina, 11. 71.  
 Maniſtum mendacij. Plautus Trucul. 4. 30.  
 q Tenere: Tegere. Virg. 1. Georg. 24.  
 — & obduſto latè tenet omnia limo.  
 Tenere: Deſindere. Virg. 8. Aeneid. 131.  
 Stabat pro templo, & Capitolia cella tenebat.  
 Tenere: Durare. Liu. lib. 3. bel. Punic. 126. Imber contineſt  
 per totam noctem, vſq; ad horam tertiam diei inſequen-  
 tis tenuit. Quint. lib. 2. cap. 1. 1. Tenuit conſuetudo.  
 Tenere: Intelligere. Terentius Heaut. 4. 3. 22.  
 Tenet quid dicam? Idem Andr. 3. 2. 18.  
 Teneo quid erret.  
 q Teneri: pro impediſti. Ouid. 10. Metam. 41.  
 — quoniam fatali lege tenetur.  
 q Tenax. Virg. 4. Georg. 12.

Excedunt eeras, & mella tenacia figunt.  
 Bitumen tenax. Ouid. 9. Metam. 133.  
 Ceræ tenaces. Virg. 4. Georg. 33.  
 Complexus tenax. Ouid. 4. Metam. 76.  
 Equus. Liuius 9. bel. Maced. 97.  
 Equus tenax contra ſua fræna. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 3.  
 Fides longa tenaxque. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 3.  
 Ira tenax ad extreſum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 6.  
 Memoria tenax. Plin. epift. 97 l. b. 6.  
 Moribus tenax. Sueton. in Claud. Cæſare, cap. 2.  
 Paſſu tenaci ſtare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6. 5.  
 Solum tenax glebiſ. Plinius epift. 101. c.  
 Vincula tenacia. Virg. 4. Georg. 83.  
 Tenacissimus disciplinæ. Plinius epift. 306.  
 Tenax iuriſ ſui dominus. Colum. lib. 1. cap. 7. 1.  
 Iuſtitia, Iuuen. Satyr. 8. 3.  
 Ficti prauique. Virg. 4. Aeneid. 38.  
 Propoſiti Horat. 3. Carm. ode 3. 1.  
 Tenacissimus alicuius rei. Quint. lib. 1. cap. 1. 4.  
 Memoria tenacissima. Quint. lib. 1. cap. 1. 14.  
 q Tenax: auarus. Apuleius: Homo diues; ſed tu nitidum te-  
 nax. Terent. Adelph. 5. 4. 12,  
 Agrestis, ſeuus, tristis, parcus, truculentus, tenax.  
 Cuſtos tenax patrimonij. Quint. lib. 4. cap. 2. 53.  
 q Tenacia Ennius Hectoris lyris: Duceſ q. quadrupedem iu-  
 go inuitum, domabit iuſtrænum, & iunget valide, cuius  
 tenacia iuſtræni nimis nequit.  
 q Tenacitas. Plinius lib. 9. cap. 29. 2., Vada non apprehen-  
 dunt; & grandibus minor tenacitas.  
 q Tenaciter. Ouid epift. 3. 9.  
 An miseros tristis fortuna tenaciter virget?  
 q Tenor. Valer. Maximus lib. 1. Quo minus religionibus  
 ſuus tenor, ſuaq; obleratio redderetur. Plinius in Paneg.  
 138. Idemq; utrique propositum, idem tenor vitz. Virg. 2.  
 Georg. 68.  
 Incepit tenorem peragit fortuna. Ouid. Epift. 21. 1.  
 Vno tenore. Liu. 3. bel. Pun. 22.  
 Tenore vno rem peragere. Liuius 5. ab Vrbe, 21.  
 Vno & perpetuo tenore iuriſ. Liuius 4. bel. Maced.  
 Acui tenor ſine nube. Stat. 3. Sylu. 3. 30.  
 Pugna. Liu. 8. ab Vrbe, 196.  
 Veli. Lucan. lib. 1. 142.  
 Placidus tenor. Ouid. 3. Metam. 22.  
 q Tenores: ſoni. Quint. lib. 1. cap. 5. 15., Adhuc diſſicilior ob-  
 ſeruato eſt per tenores.  
 Acutus tenor. Quint. lib. 1. cap. 5. 17.  
 Grauis Quint. lib. 5. 17.  
 T E N E R I A Aetas tenera. Ouid. 4. Trist. eleg. 9. 7.  
 Agnus teneri. Virg. eleg. 1. 2.  
 Amor Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 4.  
 Annus teneri. Ouid. epift. 4. 5.  
 Annus teneris. Plinius in Paneg. 26.  
 Arborea teneræ. Virg. 10. eleg. 11.  
 Aristæ Virg. 7. Aeneid. 162.  
 Autæ Lucret. lib. 42.  
 Balatus. Ouid. 7. Metam. 66.  
 Carmen. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 1.  
 Corpus. Virg. 4. Georg. 5.  
 Cupreſſus. Virg. 1. Georg. 4.  
 Decor. Seneca Hippol. 4. 4.  
 Foetus teneri, ac infirmi. Quint. lib. 2. cap. 6. 3.  
 Herba tenera. Virg. 1. Georg. 13.  
 Ingenia. Clauſ. 2. in Europ. 36.  
 Lanugo. Virgil. 2. eleg. 11.  
 Manus. Lucret. lib. 6. 160.  
 Membra. Lucret. lib. 4. 222.  
 Mentes. Horat. 3. Carm. ode 24. 12.  
 Ocelli. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 12.  
 Os tenerum balbumque. Horat. 2. epift. 1. 26.  
 Pudor. Ouid. epift. 2. 29.  
 Rifus. Clauſ. 2. Paneg. 70.  
 Somnus. Ouidius 2. de Arte, 110.  
 Spado. Iuuenal. Satyr. 1. 2. 1.  
 Versus nimùm teneri. Horatius de Arte, 50.  
 Virginies teneræ Horat. 1. Carm. ode 21. 1.  
 Detenero vngi. Horat. 3. Carm. ode 6. 5.  
 In teneris conſuetere. Virgil. 2. Georg. 55.  
 q Tenerior, & Tenerim. Plin. lib. 10. cap. 72. 1. Si tenerior  
 eſt & Catuli adhuc ætas.  
 Prata tenerima. Ouidius 1. de Arte, 60.  
 q Tenellus. Plautus Casin. 3. 11.  
 Bellam & tenellam Casinam. Varto 1. de Re rufi. cap.  
 41. 1. Tenellum enim citò facit putre.  
 Vulcus tenellus. Stat. 3. Sylu. 3. 18.  
 q Tenellulus. Catul. ad Coloniam, 17. 3.  
 Ut puella tenellulo delicatior hædo.

¶ Teneritas. Plin.lib.9, cap.42,2. Huius iecori teneritas nulla  
 praefertur.  
 ¶ Teneritudo. Varr.1.de Re rust. cap.36, Terra teneritudi-  
 nem habet.  
 ¶ Tenerē. Plin.lib.23, cap.3,4. E' radice oleæ quam teneri-  
 me cortex deraſus.  
 ¶ Tenerasco. Lucret. lib.3,15,4.  
 Scilicet in tencro tenera cete corpore mentem. Plin.  
 lib.17, cap.11,20.  
 TENOR] Vide TENDO.  
 TENTIGO] Vide TENDO.  
 TENTO] Colum.lib.8, cap.11,7. Sæpiusq; digitis loca fo-  
 minarum tentanda sunt.  
 Tentare: aggredi Terent. Phorm.4.3,14,  
 Vilum est mihi, ut eius tentare sententiam. Ouid.  
 — sed quid tentare nocebit?  
 Animos tentare literis, nuntijs, &c. Cæſ. 1. bell. Civil.1,14.  
 Liu.4 bell. Maced.1,5.  
 Animum alieuius tentare precando. Virg.4,Aen.23.  
 Causas latentes Virg.3,Aen.7.  
 Impulsas tentauit pollice chordas. Ouid.10, Metam.29.  
 Dicitrmen sui tentare. Claud.7.Paneg.87.  
 Excusus breues tentant. Virg.4,Georg.19.  
 Experiencia tentare. Varr.1.de re Rust. cap.18,7.  
 Tentare fidem polliciti. Ouid.1, Metam.22.  
 Nouam fortunam. Cæſ. 1. bell. Civil.2,1.  
 Frustrè aliquid tentare. Colum.lib.11, cap.9,51.  
 Fugam tentauit curſu equinum. Virg.12,Aen.98.  
 Infidas tentare. Claud. de bello Gildon.79.  
 Iter via negata. Horat.3 Carm.ode 2,5.  
 Leviter aliquid. Quint.lib.3, cap.4,1.  
 Precibus aliquem. Ouid.2. Amor.eleg.3,4.  
 Spem certaminis. Liu.2.bell. Maced.1,31.  
 Studium inutile. Ouid.4. Trist.eleg.9,5.  
 Vires alieuius. Ouid.1. Amor.eleg.8,10.  
 Via tentanda est. Virg.1, Georg.2.  
 Renes morbo tentantur acuto. Horat.1.epist.6,6.  
 Dolore tentante læditur caput aut oculus. Lucret.lib.3,30.  
 Amore tentari Ouid.1. Amor.eleg.1,1.  
 Scabies tentat oves. Virg.3,Georg.86.  
 Tentare pedes, dicitur vua: id est, vinum, quum ebrios reddit.  
 Virg.2,Georg.9.  
 Tabula tentant graves foetas. Virg.eclog.1,10.  
 Tentare caput, dicitur vinum. Plin.lib.2, cap.1,22.  
 Tentare pro Capitate. Quint.lib.6, cap.4. Tentans tamen fori  
 sui euentum.  
 ¶ Tentatus Ouid.1.de Arte,79,  
 Opprime tentatam; nec nisi viator abi.  
 ¶ Tentatio Liu.4 ab Urbe, 179. Tentationem eam credens  
 esse persequantia sua.  
 ¶ Tentator Horat.3. Carm.ode 4,15,  
 —notus & integrus.  
 Tentator Orion. Diana.  
 ¶ Tentabundus. Liu.1.bell. Pun.131. Ut & græ expeditus mi-  
 les tentabundus, manibusque retinens virgulta ac stirpes  
 circa eminencies, demittere sese posset.  
 ¶ Tentamen. Ouid.lib.3, Metam.  
 Prima fidem vocisq; datæ tentamina sumptat.  
 ¶ Tentamentum. Virg.8,Aen.29,  
 —nec prima per artem  
 Tentamenta tua pepigi. Ouid.7, Metam.148,  
 —ineditataq; penè reliqui  
 Tentamenta fide. Ibidem.lib.13,126,  
 Tentamenta mortalia.  
 TENTIPELLIVM] Genus calcemæti ferratum Titinnius apud Festu: Tentipellum inducis, rugæ in ore extenduntur.  
 TENTORIVM] Vide TENDO.  
 TENVIS] Col.lib.1. Quo tenue linum proueniat. Plin.lib.  
 12, cap.14,6. Tenuissimus cortex. Plaut.Rud.30,14,  
 Ita quanti magis extergo; rutilum atq; tenuius fir-  
 aet tenuis. Virg.4, Georg.62.  
 Aqua Liu.1.ab Urbe,16.  
 Argilla. Virg.1, Geog.1,6.  
 Auras tenues. Virg.4, Georg.100.  
 Aurum tenui. Virg.4,Aen.53.  
 Centus tenuis. Horat.1 epist.7,11.  
 Damnum tenui Claud. de bel. Get.1.  
 Discimen. Plin.lib.8, cap.33,2.  
 Fila tenuia aranei. Lucret.lib.3,77.  
 Gloria non tenuis. Virg.4,Georg.2.  
 Imago tenuis. Lucret.lib.4,13.  
 Loco tenui ortus. Liu.2.ab Urbe,12.  
 Mensa tenuis. Horat.2 Carm.ode 16,3.  
 Oratio. Terent in Prolog. Phorm.5.  
 Pluvia. Virg.1,Georg.19. Præda. Cæſar 6.bell.Gal,190.  
 Remedium tenui. Plin.lib.2, cap.48,2.

Setmo tenuis. Horat.1. Serm. Satyr.4,2.  
 Sonus Ouid.14, Metam.86.  
 Tellus. Ouid. epist.4,22.  
 Textura. Lucret.lib.3,43.  
 Tenuia vellera. Virg.1,Georg.10.  
 Venus tenuis. Virg.3,Aen.30.  
 Vestes tenues. Ouid.5, Metam.173.  
 Vestigium tenue. Plin.lib.3, cap.4,2.  
 Vinum tenui. Ouid.1.de Arte,115.  
 Tenuis viribus. Plin.lib.12, cap.16,2.  
 Fluit tenuis. Quint.lib.2, cap.1,4,  
 In tenui labor, at tenuis non gloria.  
 Virgil.4,Georg.2.  
 ¶ Tenuis: pro Modico & raro. Horat in Arte,10,  
 In verbis etiam tenuis cauusq; ferendis.  
 ¶ Tenuior, & Tenuissimus. Stat.1. Sylu.4,8,  
 Sperne colli tenuiora lyra, vaga cingitur astus.  
 Stamina tenuissima. Onid.4, Metam.36.  
 Toga tenuissima filo. Ouid.1.de Arte,88.  
 ¶ Tenuitas. Plin.lib.3, cap.33,1. Cauda prælonga in tenui-  
 tatem desinens.  
 ¶ Tenuo. Virgil.3, Georg.26,  
 Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.  
 Adipes tenuare Quint.lib.2, cap.10,5.  
 Carmen. Propert.lib.3, eleg.1,1.  
 Curæ tenuant corpus. Ouid.1, Metam.80.  
 Silices tenuantur ab vsu. Ouid.3.de Arte,19.  
 Vomer tenuantur ab vsu. Ouid.2.de Ponto. eleg.7,9.  
 Macie vultum tenuare Propert. lib.4 eleg.3,6.  
 ¶ Tenuatus. Corpus tenuatum recreare. Horat.2. Sermom.  
 Satyr.2,17.  
 Vox tenuata Ouid.2, Metam.75.  
 TENVIS] Laqueus. Plaut. Bacch.17,23,  
 Pendebit hodie pulchri; ita intendi tenus.  
 TENVIS] Praepositio. Virg.3,Aen.86,  
 Prima homini facies, & pulchro pectori, virgo  
 Pube tenus.  
 Lateri capulo tenus abdidit ensem. Virg.2,Aen.111.  
 Collo tenus supereminent omnes. Ouid.3, Metam.37.  
 Credito tenus. Paulus de furtis. I. creditoris.  
 Ianua ac limine tenus domum claudit. Tacit.lib.17.  
 Muro tenus omnes ferre verbes finiuntur. Paulus in l. naſe  
 quod. §. vlt ff de penu legata.  
 Ore tenus. Tacit.lib.1. Porta tenus. Tacit.lib.3.  
 Solo tenus. Colum.libro 4, cap. cap.11,2.  
 Talo tenus vestigia tingit. Ouid.4, Metam.69.  
 Titulo tenus. Sueton.in Claud. cap.2.  
 Verbo tenus. Vlp. in l. §. 1 quod quisq; iuris.  
 Viuio tenus Colum.lib.4, cap.24,5.  
 Umbilico tenus. Liu.6. bel. Pun.235.  
 Accusatio aliquando iungitur. Flaccus in Argon.lib.1,109.  
 Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro.  
 In plurali cum genitivo, & ablativo Virg.1,Georg.11.  
 Et erurum tenus à mento palcatia pendent.  
 Celsus libro 1, cap.2,  
 Demittere se inguinibus tenus in aquam calidam.  
 Laborum tenus. Lucret.lib.1,192.  
 Corporum tenus. Plin.lib.34, cap.8,11.  
 TEPO] Vide TEPIDVS.  
 TEPHRIA] Genus marmoris. Plin.lib.36, cap.7,3.  
 TEPIDVS] Plin.lib.12, cap.25,8. Præterea sinceri densa-  
 tur in tepida aqua.  
 Tepidum lac Virg.3, Aen.14.  
 Dies tepidus. Ouid epist.4,31.  
 Tepidior tempestas Varr.3. de Re rust. cap.10,3.  
 Tepidus fulgor Plin.lib.9, cap.31,1.  
 Tepidæ & gelidæ aquæ. Plin.lib.31, cap.2,1.  
 ¶ Tepidus: pro Calido. Lucret.  
 —tepidisq; caminis. Mart.lib.1,126.  
 Circumferrit tepidis coccus popinis.  
 Ignes tepidi. Ouid.2. Amor.eleg.19,3.  
 Sol tepidus Virg.1,Georg.80.  
 Vapor Lucret.lib.2,172.  
 ¶ Tepidus: Frigidus. Plautus:  
 Hic homo factus est tepidior.  
 Mens tepida. Ouid.2 de Arte,2,19.  
 ¶ Tepidus: Inutilis, sine nocere. Virg.1,Georg.24,  
 Unde cauæ tepido sudant humore lacunæ.  
 ¶ Tepido Plin.lib.17, cap.26,5. Ne frigus vites adurat, circu-  
 fundunt riguis, quod ibi tepidate vocant.  
 ¶ Tepidarium. Paulus in l. fistulam. ff. de seruit.vrb. præd. Sit  
 talis sit vsus tepidarij, vt assi diuum humorē habeat; &  
 ideo nocet vicino: posse eum prohiberi.  
 ¶ Tepeo. Cato de Re rust. cap.69. Vbi temperate tepebit,  
 tum cuminum indito.  
 Aquateper. Ouid.3.de Ponto. eleg.4,12.

- ¶ Tepens. Aurora tenebentes Zephyri. Virg. 2, Georg. 66.  
Buxi. Mart. lib. 3, 20.  
Cineres. Stat. 3. Sylu. 3, 37.  
Locus tenebris. Colum. lib. 1, cap. 4, 8.  
Sol. Ouid. 3. Fast. 48.  
Ver. Ouid. 3. de Arte, 37.
- ¶ Tepefactio. Ferrum tepefactit in iugulo matris. Horat. 2.  
Serm. Satyr. 3, 28.  
Terra tepefacta cruore. Virg. 9, Aen. 69.  
¶ Tepesco. Virg. 9, Aen. 140.  
Mentes tepefcent. Lucan. lib. 4, 58.  
¶ Tepor. Egelidi tepefors. Catul. ad Scipium, 43, 1.  
Lenis tepor. Ouid. 2, Metam. 160.  
¶ Teporatus. Plin. lib. 36, cap. 26, 9, Fragmenta teporata agglutinantur tantum.
- TER] Virgil. 2, Aen. 159.  
Ter conatus erat collo dare brachia circum;  
Ter fruſtra compreſta manus effugit imago.  
Ter Consul. Plin. lib. 19, cap. 1, 6.  
Ter amplius Geryones. Horat. 2, Carm. ode 14, 2.  
Ter foelix. Ouid. 8, Metam. 11.  
Ter tanto peior ipsa eſt, quam illam tu eſte vis. Plautus Persa, 4, 72.  
Ter & quater. Horat. 1, Carm. ode 31, 3.  
Terq; quaterq; beati. Virg. 1, Aen. 20. Idem 4, Aen. 118.  
Ter & vices. Plin. lib. 7, cap. 28, 4.  
Ter ternus. Varro 2, de Re rust. cap. 1, 12.  
¶ Tercentum. Virg. 8, Aen. 144.  
Maxima tercentum totam delubra per yrbum.  
¶ Tercenteni. Martial. lib. 2, 2.  
Trecentena quidem poteras epigrammata ferre.  
¶ Terdeni. Virg. 8, Aen. 10.  
Terdenia yrbum redeuntibus annis. Mart. lib. 8, 72.  
Quid numerem currus, terdenaq; præmia palmae.
- ¶ Tergeminus. Liu. 6. ab Urbe, 33, Tergeminus victoriae triplicei triumphum. Ouid. 4. Trist. eleg. 6, 4.  
Tergeminumq; virum, tergeminumq; canem.  
Ignis tergeminus Louis. Stat. 1. Sylu. 1, 16.  
Proles tergeminia. Stat. 4. Sylu. 8, 5.  
Tergeminus: pro Maximo & amplissimo. Tergeminis hondes: apud Horatium. Martialis:  
—tergeminum mugiat ore sophos. Tibullus:  
Illum tergeminæ nantem confinia mortis.  
Tergeminis: ier qui ex uno uno uno die edisi sunt. Plaut. Milit. 10, 123. Plin. lib. 7, cap. 3, 1. Tergeminis naſci certum eſt, Horatiorum Curatoriumque exemplo. Liu. 1. ab Urbe, 96, Tergemini fratres.  
¶ Ternus. Virg. 5, Aen. 24.  
—terno confurgunt ordine remi. Horat. 2, Serm. Satyr. 4, 16,  
Immane eſt vitium, dare millia terna macella.  
Terni deni. Plin. lib. 18, cap. 26, 1.  
¶ Ternarius. Colum. lib. 11, cap. 2.  
¶ Tertius. Plin. epist. 92, 2. lib. 4. Tertius dies eſt, quod audiui.  
Virg. 3, Aen. 24,  
Tertia lux classem Cretæs ſiftet in oris.  
Tertia in precio. Plaut. Pœnul. 4, 208.  
Tertio loco. Plin. lib. 12, cap. 12, 3.  
Tertium locum Milesiæ oues obtinent. Plin. lib. 8, cap. 48.  
Tertiæ notæ herbae. Colum. lib. 9, cap. 4, 6.  
¶ Tertiaria febris. Plin. lib. 20, cap. 20, 6. Seminis grana tria in tertianis deuorari iubent aliqui, ante accessionem.  
¶ Tertiarii. Tacit. lib. 21, Tradidit & Syria duo & viceſimamnos, tertianosq;.  
¶ Tertiæ. Terent. Eunuch. 3, 3, 24,  
Non hercle veniam tertio. Colum. lib. 3, cap. 13.
- ¶ Tertiū Consul. Liu. 3. ab Urbe, 94.  
¶ Tertio. Colum. lib. 2, cap. 4, 7. Nam commode proſcinditur duabus; vna iteratur; tertiatur dodrante; in litram statim redigitur quadrante operæ. Idem lib. 2, c. 4, iteratos eſſe oportet, ac deinde circa Septembritis calendas tertiatos.  
¶ Tertiatio. Col. lib. 12, cap. 30, 9. Nam plurimum refert, non mifcere iterationem, multoq; minùs tertiationem.  
¶ Tertiarius. Plinius lib. 34, cap. 17, 1. Idem & tertiarum vocant, in quo duæ nigri portiones ſunt, & tertia albi. Deſtanno.  
¶ Tertiarium: Ponderis genus. Cato cap. 95. Postea ſumito bicuminis tertiarium, & ſulfuris quartarium.  
TEREBINTHVS] Plin. lib. 13, cap. 6, 1. Virg. 10, Aen. 28,  
Incusum buxo aut Oritia terebintho.  
¶ Terèbinthinus. Terebinthina resina. Plin. lib. 23, cap. 8, 3.  
Colum. lib. 12, cap. 10, 3.  
TEREBRA] Col. lib. 4, cap. 29. Nam antiqua terebra, quam ſolam veteres agricolaſ nouerant, ſcobem faciebat.  
Terebra agere aliiquid. Celsus lib. 8, cap. 3.  
¶ Terebro. Virg. 2, Aenclid. 8,

- Aut cerebrate cauas vteri, & tentare latebræ. Colum. lib. 5, cap. 9, 13. Eas terebrati Gallica terebra conuenit. Buxum terebratum per rara foramina. Ouid. 6. Fast. 140. Terebrare: per translationem. Plaut. Bacch. 23, 79.  
Hanc veniam illis te exorem ſine. n. Vi terebrat?  
¶ Terebratio. Colum. lib. 4, cap. 29, 11. In illa autem, quæ fit per terebrationem.
- TEREDO] Vermis in ligno naſcens. Plin. lib. 16, cap. 41. Col. lib. 4, cap. 24, 1. Nam & teredinem formicamq; prohibet. Teredo pro verme reperit terente. Plinii. 8, cap. 48, 7. Miruq; ſuit, nec defuſiſt eas, nec teredinu iniuias ſenſiſſe, annis d. L X.
- TERES] Virg. 8, ecloga 4.  
Incumbens teteti Damon ſic coepit oliuæ. Liu. 1. bel. Pun. 31, Missile telum haſtili oblongo, & cætera tereti.  
Collum teres. Ouid. 10, Metam. 23.  
Digiti teretes. Ouid. de Arte, 12, 5.  
Gemma teres. Virg. 5, Aenclid. 63.  
Lapilli teretes. Ouid. 10, Metam. 52.  
Malum teres. Ouid. ad Pisōnem, 16.  
Plagæ teretes. Horat. 1, Carm. ode 1, 6.  
Puer teres. Horat. Epod. 11, 6.  
Structurates. Plin. lib. 11, cap. 37, 49.  
Suræ teretes. Ouid. 11, Metam. 17.  
Totus teres atq; rotundus in ſcipo. Horat. 2, Serm. Satyr. 7, 18. Virgiliius, de viro bono:  
—mundi inſtar habens, teres atq; rotundus.
- TERGO, vel TERGE] Iuuenal. Satyr. 14, 7.  
—vafa alſpera tergeat alter. Plaurus:  
Ornantur, lauantur, tergentur, polliuntur. Ouid. 2, Metamorph. 1, 42.  
—vt terſis nitcant talaria plantis.  
Lumina terſis manu. Ouid. 13, Metam. 27.  
Tergere foſtas veteres. Cato cap. 2, 3.  
TERGV] Plautus Amph. 4, 292.  
Sic tergum cicatricosum: nihil hoc ſimiſli eſt ſimiſli.  
Virgil. 1, Aenclid. 12,  
—iuuenem manibus poſt terga reuinſtum.  
Horrentia terga ſuum. Virg. 1, Aen. 126.  
Immane tergum leonis. Virg. 5, Aen. 71.  
Ingentia terga boum. Virg. 5, Aen. 80.  
Recuruum tergum Delphinis. Ouid. 2, Fast. 23.  
Seſſile. Ouid. 12, Metam. 8, 1.  
Summum. Ouid. 2, Metam. 40.  
Cædere terga. Catul. de Berecyn. 58, 17.  
Confidere tergo tauri. Ouid. 3, Metam. 174.  
Terram conſternare tergo. Virg. 12, Aen. 109.  
Squamea terga conuoluen anguis. Virg. 3, Georg. 86.  
Lubrica terga conuoluit coluber. Virg. 2, Aen. 95.  
Viſta dabat terga. Ouid. 7, Metam. 15.  
Dare terga. Quint. lib. 2, cap. 13, 3.  
Dare terga versa fuga. Virg. 4, Georg. 17.  
Fugæ. Ouid. 5, Metam. 65.  
In fugam. Ouid. ad Liuiam, 4.  
Inſilie tergo alicuius. Ouid. 12, Metam. 69.  
Nudare terga fugæ. Virg. 5, Aen. 116.  
Pleſti tergo. Horat. 2, Serm. Satyr. 7, 21.  
Præbere terga effugio. Tacit. lib. 14.  
Præbere fugæ. Ouid. 10, Metam. 140.  
Secare verbere. Tibul. lib. 1. eleg. 9, 5.  
Vertere. Liu. 2. ab Urbe, 129.  
Vinctus poſtergum nodis ahenis. Virg. 1, Aenclid. 60.  
¶ Tergum: etiam aliarum rerum. Iuuenal. Satyr. 1, 1. Scriptus & a tergo needum finitus Orestes.  
A' tergo ſequi. Virg. 1, Aen. 38.  
Tergum collis. Liu. 5, bel. Pun. 83.  
Glauca terga aquæ. Claud. de Aponi balneis, 5, 2.  
Glacialia terga niuiorum. Claud. de bel. Get. 68.  
Aerea terga loricæ. Stat. 9. Theb. 111.  
¶ Tergum: pro tergo. Virg. 1, Aen. 75,  
Taurino quantum poſſent circum dare tergo.  
Tergum: pro ſcuto. Virg. 1, c, Aenclid. 144,  
—& tergo decutit haftas.
- ¶ Tergibus: Datus pluralis apud Lucretium, lib. 2, 18,  
—neq; quicquam à tergibus obſtet.  
¶ Tergiuſſanter. Paterculus lib. 1. Qui ad Cannas quam tergiuſſanter pernicioſam Reipublicæ pugnam inerat, tam fortiter in ea mortem obierat.
- TERGV] Plin. lib. 8, cap. 10, 3. Duriflum dorſo tergus. Virg. 1, Aen. 43,  
Tergora diripiunt costis, & viſcera nudant.  
Squalenti tergo ſerpens Silius lib. 3, 43.  
¶ Terginus. Terginum lorum. Plaut. Pseud. 4, 20.  
¶ Tergoro. Plin. lib. 8, cap. 32, 1. Tunc inter ſe diſiuant, induantes attritu arborum costas, lutoq; ſe tergorantes.  
TERMENTARIUM] Linetum, quod tergitur corpore: testo Varrone lib. 4, de Lingua Latina.

TERES] Ramus deceptus cum fru&u. Festus. Horat.in Epodis. 16,9.  
 Germinat & nunquam fallentia termes oiliu&.  
 ¶ Termes: Vermiculi genus, carmen exedens. Festus.  
 TERMINVS] Terminus sermonis. Plin.epist. 5,5.  
 Angustus & ui terminus. Virg. 4, Georg. 41.  
 Malorum. Lucret.lib. 3, 207.  
 Terminus supremus. Plin.lib. 2, cap. 37, 3.  
 Stabilis rerum terminus. Horat.in Carm. secul. 6.  
 Hærens altè. Lucret.lib. 1, 16 & lib. 3, 18. Virg. 4, Aen. 123,  
 Et si fata lous poscunt, hic terminus hæret.  
 Immobilis. Claud. 2. in Eutrop. 49.  
 ¶ Termino: finio. Intra aliquid terminari. Quintilian. lib. 4,  
 cap. 1, 43.  
 Terminare: Limiter confinare.  
 Imperium terminare Oceano. Virg. 1, Aen. 59.  
 Terminare oculis. Liu. 2. bell. Maced. 12.  
 ¶ Terminatus. Negotium terminatum. Vlpian.in l. interdū.  
 § 2 ff de fortis.  
 TERNVS] Vide TER.

TERO] Plaut. Asin. 3, 16, Num me illuc ducis, ybi lapis lapi-  
 dem terus?  
 Barba aspera terit amplexus. Tibul.eleg. 8, 7.  
 Calcem calce terit. Virg. 5, Aen. 65.  
 Fræna teruntur dense equi. Ouid. 1. de Arte, 4.  
 Area terit fruges. Viro. 1, Georg. 60.  
 Inguina terere. Iuuent. Satyr. 9, 1.  
 Iter. Virg. 1, Georg. 60.  
 Iter propositum. Propert.lib. 2.eleg. 31, 3.  
 Manum duro labore. Virg. 4, Georg. 23.  
 Meta terenda rota. Ouid. 1. de Arte 8.  
 Molâ terere. Plin.lib. 16, cap. 26, 5.  
 Porticum terit ambulator. Mart.lib. 2, 11.  
 Prata terenda rotis. Propert.lib. 3.eleg. 3, 4.  
 Radios triuere rotis. Virg 2, Georg. 89.  
 Vestis teritur assidue. Lucret.lib. 4, 227.  
 Via cunctis terenda. Propert.lib. 3.eleg. 18, 5.  
 ¶ Terere tempus: Consumere. Liu ac Vrbe.lib. 1, 117.  
 Aetas teritur bellis. Horat. Epop. 16, 1.  
 Terere otium. Liu. 1. ab Vrbe, 250, Virg. 4, Aen. 54.  
 Peccus amore. Propert.lib. 3.eleg. 20, 2.  
 ¶ Tritus Plin.lib. 12, cap. 19, 7.  
 Area trita fugibus. Ouid. 1, Trist.eleg. 5, 11.  
 Vestis Horat. 1. epist. 20, 8.  
 Via trita humano pede. Tibul.lib. 4, eleg. 12, 2.  
 Lacerna. Mart.lib. 1, 88.  
 ¶ Tritus: Verbale. Plin.lib. 33, cap. 4, 1. Nec nullum absolutius  
 aurum est, cui su ipso trituq; perpolitum.  
 ¶ Tritura. Col.lib. 1, cap. 6, 16. Glebulis, quas per trituram  
 ferè terrena remittit area.  
 ¶ Tritor. Plaut. Persa, 3, 20,  
 Quid ait tu crux, stimulorū tritor? Plin.lib. 35, c. 11, 22.

TERRA] Ouid. 12, Metam. 106,  
 Ardua sit terræ quatatur mobilis Idæ. Lucret.lib. 5, 22.  
 Terra pilæ similis. Ouid. 5. Fast. 54.  
 Ardua terrarum. Virg. 5, Aen. 138.  
 Bonitas terræ. Lucret.lib. 5, 251.  
 Fertilitas. Ouid. 5, Metam. 91.  
 Terræ progenies, & filius: obscuræ ignotoque genere prognatus.  
 Persius Satyr. 6, 7.  
 Progenies terræ, quæ ex me quis mihi quartus  
 Sit pater: haud promptè dicam tamè: addit etiam ynu,  
 Vnum etiam; terræ est iam filius.  
 Terræ etiam filii dicuntur, quoru genus est incertum. Quint.lib.  
 3, cap. 9. Multum autoritatis afferet veritas; vt ijs, qui ter-  
 ra dicuntur orti. Ouid. 1, Metam. 124, de lo,  
 Iuppiter è terra genitam mentitur, vt author.  
 Delinat inquit.  
 Gremium terræ. Lucret.lib. 1, 52.  
 Hiatus Ouid. 3, Fast. 1, 22.  
 Margo terrarum. Ouid. 1, Metam. 3.  
 Oræ: Regiones. Horat. 1. epist. 3, 1.  
 Oræ: Extremæ, litora. Lucret.lib. 2, 112.  
 Orbis terrarum. Virg. 1, Aen. 48.  
 Regnator. Stat. 4, Sylu. 2, 3.  
 Sator. Stat. 1, Theb. 16.  
 Situs. Horat. 1. epist. 1, 5, 1.  
 Tremor terræ. plin.ad Cornelium Tacitum, lib. 6, epist. 20.  
 Viscera. Ouid. 1, Metam. 18.  
 Arata terra. Ouid. 1, Fast. 146.  
 Arenosa. Ouid. 14, Metam. 17.  
 Aurifera. Silius lib. 3, 81.  
 Barbara. Ouid. epist. 16, 1.  
 Beata Ouid. epist. 15, 58.  
 Causa. Virg. 1, Aeneid. 177.  
 Cruda. Lucan.lib. 3, 78.

Deserta. Virgil. 3, Aeneid. 1.  
 Desolata. Ouid. 1, Metam. 70.  
 Ditissima. Virg. 2, Georg. 28.  
 Ferax. Ouid. 1. Fast. 14. Lucret.lib. 2, 199.  
 Frugiferentes terræ. Lucret.lib. 1, 1.  
 Gracilis terra. Senec. Theb. 1, 23.  
 Graues terræ. Virg. 3, Georg. 104.  
 Herbosa terra. Ouid. 10, Metam. 26.  
 Hiantes terræ. Lucan.lib. 3, 2.  
 Hospita. Virg. 3, Aeneid. 106.  
 Hostilia. Lucan.lib. 2, 18.  
 Impia. Ouid. epist. 10, 20.  
 Iners. Horat. 1. Carm. ode 4, 9.  
 Infamis. Ouid. 13, Metam. 80.  
 Infesta. Ouid. 4, Metam. 114.  
 Ingrata. Ouid. 5, Metam. 95.  
 Inops pacis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2, 19.  
 Inuisa. Horat. 3. Carm. ode 18, 1.  
 Latæ terræ. Ouid. 3, Metam. 62.  
 Magna Virg. 4, Georg. 73.  
 Mater. Lucret.lib. 5, 282.  
 Mauortia. Virg. 3, Aen. 3.  
 Metalliceræ terræ. Sylu.lib. 15, 91.  
 Nigra. Virg. 2, Georg. 41.  
 Obesa. Virg. 3, Georg. 16.  
 Paren. Virg. 4, Aeneid. 36.  
 Paterna Ouid. epist. 19, 13.  
 Paupere terræ missus. Virg. 6, Aen. 162.  
 Petigrina. Ouid. 3, Metam. 5.  
 Pingues terræ. Virg. 2, Georg. 19.  
 Potentes. Virg. Aen. 106.  
 Solida. Ouid. 10, Metam. 36.  
 Sterilis. Ouid. 3, Fast. 172.  
 Vasta. Virg. 10, Aeneid 11.  
 Vndosæ terræ Silius lib. 7, 56.  
 E terra vberi nasci. Quint.lib. 2, cap. 19, 2.  
 Deus abscidit terras. Oceano. Horat. 2. Carm. ode 3, 5.  
 Calentes terræ. Horat. 2. Carm. ode 18, 4.  
 Colere terras. Virg. eclog. 3, 16.  
 Concedit ad terram grauiter. Virg. 5, Aen. 89.  
 Patria terra decedere. Virg. 6, Aen. 102.  
 Defodere aliquid in terram. Lucret.lib. 5, 275.  
 Dehiscunt terræ ardore. Virg. 3, Georg. 87.  
 Domita terra. Ouid. 1. Amor. eleg. 2, 10.  
 Effossa. Lucan.lib. 3, 70. Excedere terras. Virg. 2, Georg. 93.  
 Excoquit terram sol. Lucret.lib. 2, 193.  
 Ferire terram pede. Virg. 3, Georg. 99.  
 Frigescit terra. Lucret.lib. 6, 174.  
 Frui prospiore terra. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7, 6.  
 Habitare terras. Ouid. 1, Metam. 40.  
 Iacentes terræ. Ouid. 2, Metam. 36.  
 Infectari terram assiduis rastris. Virg. 1, Georg. 31.  
 Interni terra. Stat. 3, Theb. 43.  
 Inuertere terras vomere. Virg. 3, Georg. 105.  
 Inumbratur terra. Lucret.lib. 5, 55.  
 Nox inuolens terram vmbra. Virg. 2, Aen. 51.  
 Irrorat terras Eous nouo sole. Virg. 1, Georg. 58.  
 Lustro vagus terras. Stat. 8. Theb. 103.  
 Dies lustrabat lampade terras. Virg. 7, Aen. 30.  
 Mouet terra Suet. in Claud. Cæsar. cap. 22.  
 Nox obruit terras roriferis vmbbris. Lucret.lib. 6, 174.  
 Obstruere terras. Ouid. 2, Metam. 37.  
 Nox operit terras. Virg. 4, Aen. 71.  
 Pellere terram pede. Lucret.lib. 5, 282.  
 Venti perflant terras turbine. Virg. 1, Aen. 18.  
 Premere terras. Lucan.lib. 10, 10.  
 Pressit terram posito genu. Ouid. 6, Metam. 70.  
 Procumbere terræ Ouid. 2, Metam. 70.  
 Profanatae terræ Stat. 3, Sylu. 3, 1.  
 Proscindere terram validis iuencis. Virg. 2, Georg. 48.  
 Proscindere pressis aratri. Lucret.lib. 5, 44.  
 Proscindere ferro solum terræ. Lucret.lib. 5, 260.  
 Quatere terram alterno pede. Horat. 1. Carm. ode 4, 2.  
 Radit terras Aquilo. Horat. 1, Serm. Satyr. 6, 5.  
 Relinquere dulces terras. Virg. 4, Aen. 57.  
 Rimari terram rastris. Virg. 3, Georg. 106.  
 Scalpere terram vnguibus. Hor. 1, Serm. Sat. 8, 6.  
 Scindere terram arato. Ouid. 3, Amor. eleg. 7, 9.  
 Solutæ terræ. Horat. 1. Carm. ode 4, 2.  
 Aurora spargit terras lumine. Lucret.lib. 2, 29.  
 Subigere terram vomere. Ouid. 11, Metam. 7.  
 Succeedere terris alicuius. Virg. 7, Aen. 43.  
 Nox texit terras caligine. Lucret.lib. 6, 171.  
 Vere tument terræ. Virg. 2, Georg. 65.  
 Tundere terram pede. Horat. de Arte, 89.  
 Vertere terram. Virg. 1, Georg. 30.

Vertere ferro. Virg. 1, Georg. 30.  
Vda terra virer gramine. Ouid. 2, Amor. eleg. 6, 10.  
Terrâ premere. Horat. Epod. 1, 7,  
—haud parauero.

Quod aut auarus ut Chremes terrâ premam.  
Terram requiri. Quintus Curtius lib. 4, Haud secùs, quâm  
profundum & quorū ingressi, terram oculis requirunt. Plaut.  
in Merc. Evidem iam me censebam esse in terra.  
Aut terrâ, aut mari. Plaut. in Pseud. Ouid. 1, Metam. 1.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlū. Teret.  
O' cœlum, ô terra, ô maria Neptuni! Plaut. Amph.  
Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cœlum consequi.

Territorium: Est (inquit Pomponius, de verb. signif. vni-  
uersitas agrorum intra fines cuiusq; ciuitatis. Plin. lib. 29,  
cap. 6, 2, Extra territorium abire.

Terteus. Colum. lib. 1, cap. 6, 6, Horreum camera conte-  
sum; cuius solum terricum.

Terrenus. Plin. lib. 9, cap. 29, 1, Terreni maiores, quam pe-  
lagici.

Terrenum iter. Plin. lib. 6, cap. 17, 3.

Corpus terrenum. Lucret. lib. 2, 223.

Terreni colles. Plin. lib. 5, epist. 6.

Terrenus agger. Suet. in Calig. cap. 19.

Fæx terrena. Ouid. 1, Metam. 14.

Hiatus terrenus. Ouid. 15, Metam. 55.

Immorari terrenis. Quint. lib. 2, cap. 16, 4.

Terrena opera. Colum. lib. 11, cap. 2.

Terreum: campus, solum. Col. li. 2, cap. 2, 1, Callidissimircu-  
sticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt campesire,  
collinum, montanum.

Terestris. Plin. lib. 10, cap. 62, 1, Rursus in terestribus oua  
pariunt serpentes.

Agmen terrestre. Lucan. lib. 3, 145.

Arma terrestria. Ouid. 14, Metam. 96.

Membra. Lucret. lib. 2, 141.

Dij terrestres. Liu. 1, ab Urbe, 143.

Iter terrestre. Plin. lib. 5, cap. 6, 1.

Terrigenus. Genus sylvestre terrigenarum. Lucret. libro 5,  
Gigantes terrigenæ. Lucan. lib. 3, 64.

Frates. Ouid. epist. 12, 20.

Terræmotus. Plin. lib. 2, cap. 84, 1, Fiunt cum terræmotu &  
inundationes maris.

TERRE O] Virgil. 1, Georg. 32,

Et sonitu terebis aues.

Horror terret animos. Virg. 2, Aen. 161.

Sollliciti terrentur equi. Ouid. 6, Fast. 149.

Hostes terrere formidine. 4, Metam. 161.

Hoste vicino terret. Ouid. 4, de Ponto, eleg. 9, 17.

Nubila terrent mentem. Ouid. 1, Metam. 72.

Orbem terruit tonitru. Ouid. 14, Metam. 164.

Terrere vultu. Horat. 2, Serm. 7, 9.

Territus. Territus animi. Liu. 7, ab Urbe, 160. Ouid. 2, Met.  
90, Venatrixq; metu venantum territa fugit.

Virgo territa inopino visu. Ouid. 4, Metam. 47.

Territo. Terent. And. 4, 5, 22,

Dite eradicent; ita me miseram territas.

Territare metu. Cæsar 5, bel. Gal. 24.

Minis. Liu. 2, ab Urbe, 140.

Terrifico. Lucret. lib. 1, 27, Virg. 4, Aen. 42,

—cæciq; in nubibus ignes

Terrificant animos.

Terrificus. Virg. 5, Aen. 105,

Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates.

Fulgor terrificus. Virg. 8, Aen. 85.

Mugitus terrifici. Virg. 12, Aen. 21.

Nimbi. Ouid. ad Pisonem, 30.

Nox terrifici. Valer. 5, Argon. 80.

Stridores terrifici. Silius lib. 5, 38.

Terribilis. Virg. 6, Aen. 36,

Terribiles visu formæ. Idem 60,

Terribilis squalore Charon.

Irâ terribilis. Virg. 11, Aen. 188.

Affatu. Stat. 1, Sylu. 3, 15.

Anguis terribilis. Ouid. 3, Amor. eleg. 5, 3.

Caligo. Lucret. lib. 6, 171.

Formæ terribiles visu. Virg. 6, Aen. 56.

Sonitus terribilis. Virg. 9, Aen. 104.

Tabæ terribiles. Ouid. 15, Metam. 157.

Terriloquus. Lucret. lib. 1, 21, —vatum

Terriloquus vittus diq; desciscere quæres.

Terronus. Claud. 1, Paneg. 12,

Nec te terronus stridor venientis Alani.

Terriculum. Liu. 3, ab Urbe, 44, Sinè Tribunitiæ potestatis  
terriculis inuentam esse aliam vim maiorem, ad coercen-  
dos Magistratus. Accius: Vbi non terricula citæ sunt.

Terriculæ. Senec. de Remedijs fort. Si fortuna, aut aliquis

tibi palam minetur, omnes eius terriculas delude.

Terror. Virg. 11, Aen. 72,

Quod si tantus habet mentes & pectora terror.

Expers terroris. Catul. Argon. 19, 68.

Amens terror. Claud. 1, in Russ. 32.

Latiō. Tacit. lib. 20.

Sæus. Silius lib. 13, 23.

Seuerus. Claud. 5, Paneg. 19.

Vanus. Senec. Hippol. 1, 9.

Ciceri magnos terros Senec. Oedip. 4, 13.

Demoueri terrore. Tacit. lib. 20.

Animi terrorem disuterere. Lucret. lib. 1, 30.

Discussus terroribus redire ad se Lucret. lib. 4, 102.

Exanimatus terrore. Quint. lib. 4, cap. 2, 87.

Facete terrorem latiorem. Tacit. lib. 20.

Impulsus stat terror animis. Senec. Herc. Oetæo, 6, 1.

Offerte terrorem. Cæsar 1, bel. Ciuil. 22.

Pallentes terrore puellæ. Ouid. 3, de Arte. 97.

Pauentes equi terrore. Ouid. 2, Metam. 86.

Trepidò terrore repleta terra. Lucret. lib. 1, 9.

Gelido terror erigebant comæ. Ouid. 3, Metam. 20.

Terror esse. Liu. 4, bel. Maced. 107.

TER TIVS] Vide TER.

TER TIVS] pro Tertius. Varro:

Atrei terra nitet galea. Cato, de liber. educ. Alij sunt cir-

cumtorsi, & tertii, atq; vincluli.

TER V N C I V S] Plaut. Capt. 8, 17.

Neq; ridiculos iam teruncij faciunt.

TES QVA] Loca augurio designata.

Deserta & inhospita tesqua. Horat. 1, epist. 14, 4.

Nemorosa. Lucan. lib. 6, 9.

TE S S E L L A] Vide TESSERA.

TE S S E R A] Martial. lib. 1, 17, Ouid. 3, de Arte. 71,

—talorum dicere iactus  
Vt sciat, & vires tessera missa tuas.

Tessera: symbolum. Virg. lib. 7, Aen. 128,  
—it bello tessera signum. Silius lib. 15, 84,  
—tacitum dat tessera signum.

Pomponius de Origine iuris, l. 2, Quum essent duæ tesserae  
positæ: una pacis; altera belli.

Tesserae frumentariz. Sueton. in Augusto, cap. 40, Acne  
plebs frumentationum causa frequentius à negotijs auo-  
caretur, in annum quaternorum mensium tesseras dare  
destinavit. Iuuen Satyr. 7, 18,

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit  
Frumenti.

Tesserae nummariz. Sueton. in Augusto, cap. 41, Frumen-  
tum quoque in annos difficultibus sæpe leuissimo, in-  
terdum nullo prezzo admensus est; tesseraeq; nummariae  
duplicavit.

Tessera: salea. Plautus:

Suum vterq; tessera habet: ratio constat.

Tessera hospitalis. Plautus Poenulo, 16, 84,

—si ita est, iam tessera

Confer, si vis, hospitalem.

Tessera hospitalis, confregisse dicebatur, qui ius hospi-  
tij violabat. Plaut. Cist. 1, 27,

Hic apud nos iam Alcesimarche, confregisti tessera.

Tesserae palliorum Plin. lib. 33, cap. 9, 5.

Tessella. Plin. lib. 37, cap. 10, 6, Andromadas argenti ni-  
torem habet, vt adamæ, quadrata, & semper tessellis simi-  
lis. Plin. lib. 17, cap. 16, 3.

Tessellatus. Sueton. de Cæsare, cap. 46, Tenuem adhuc &  
obseratum, in expeditionibus tessellata & festilia pauim-  
ta circumfulisse.

Tessera. Varro 3, de Re rust. cap. 5, 15, Quendam depre-  
hensum tesseralis coniunctem in loculu. Pers. Satyr. 5, 8,

—sebioso tessera far. Possidet

Tessera: salea. Plin. Frumenti rationem tesseralis ostende-  
bat. Persius Satyr. 5, 8.

TES TA] Tibul. lib. 1, eleg. 10, 10,

Funderet vt nato testa paterna metum. Plin. lib. 26,

Si & testæ tulæ testa para addatur, melior materia erit.

Horat. 1, epist. 1, 14,

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem

Testa diu. Iuuen. Satyr. 4, 14,

—testa alte paretur.

Apta mero testa. Ouid. 2, Trist. 89. Curta Ouid. 2, Fast. 129.

Lubrica. Ouid. 3, Trist. eleg. 10, 8. Pia. Hor. 3, Carm. ode 21, 1.

Testa: fragmenum off. Cellus lib. 7, cap. 12, Ergo specillo  
conquirenda est testa, quæ recessit, & volscella protra-  
henda est.

Testa cui, vel limaci. Plaut. Poen. 17, 49.

Testæ: pisces, qui duriori corsice seguntur. Horatius 2, Sermon.

Satyr. 4, 7,

Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.

Testula,

¶ Testula Colum.lib.11,cap.9.25,Tum testula vel concha, quasi sedes in singulis subiecta, seminibus adobruuntur. De capitis portis.  
Testule in sitellam coniecta. Liu.5.bell.Pun.15.  
¶ Testaceus. Testaceum operimentum. Plin.lib.11,cap.37,18. Plin Junior epist.254.lib.10,ad Traianum. Aliqua pars, ut mihi videtur, testaceo opere agenda erit.

Testacea pyra. Plin.lib.14,cap.15,3.

TESTAMENTVM] Vide TESTIS.

TESTICULVS] Iuuenal.Satyr.11.16,

Nec pugillares desert in balnea rauca Testiculos.  
TESTIS] à quo Testiculus; quod virilitatis testis sit. Plin.lib.12,cap.49,2. Testes pecori armentoq; ad etura decidui.  
¶ Testis: qui testimonium dicit.  
Testibus praesentibus aliquid facere Plaut.Cure.2,31.

Teste Herodo. Plin.lib.12,cap.17.

Sine teste dolere Mart.lib.1,17.

Falsus testis Iuuenal.Satyr.14.22. Quint.lib.2,cap.17,18.

Humiles testes. Quint.lib.5,cap.7,15.

Potentes Quint.lib.5,cap.7,15.

Voluntarius testis. Quint.lib.1,cap.7,7.

Testis abest somno Ouid.9.Metam.97.

Conduci vendunt peritia testes. Ouidius 1. Amor.eleg.10,8.

Dare testem,sermoni. Ouid.1 Amor.eleg 8,5.

Producere testes Quint.lib.5,cap.7,15.

¶ Testimonium. Diuina testimonia. Quintilianus libro 5, cap.7,24.

Pubicum testimonium Quint.lib.5,cap.9,1.

Confirmare aliquid testimonio. Quint.lib.1,cap.1,8.

Dicere testimonium in aliquem. Quint.lib.7,cap.2,39.

Date testimonium per tabulas. Quint.lib.5,cap.7,3.

Eleuare testimonia Quint.lib.5,cap.7,4.

Perhibere testimonium alicuius rei. Colum.lib.1,cap.9.

Reddere Quint.lib.11,cap.1.

¶ Testor. Testata est gaudia cantu. Ouid.8.Metam.48.

Carmena testaniamores. Ouid.1.de Ponto,eleg.10,9.

¶ Testari: Testem invocare. Terent.Hecyt.3.5,26.

Neq; culpā hoc euenisce dissidium meā,id testor deos.

Superos testatus. Onid.2.Metam.50.

Sydera testor Virg.9.Aen.88.

Testari per. Plautus. Ipus tete per superos omnes testatur. Virg.1,Aeneid.20.

Voluntatem suam testari. Florentinus in l. diuus Traianus. ff.de militari testamento.

¶ Testari: Aff. mare. Sueton. Testatus quandam per editū.

¶ Testari: Testamentum facere. Liu.1.ab Vrbe.152.Qui quum ignorans nurum ventrem ferre, immemor in testando ne potis. decessisset.

¶ Testatus. Amor testatus populo. Ouidius tertio, Trist.eleg.6,1.

Probitas testata in omne tēpus. Ouid.3.de Ponto,eleg 1,18.

Actis populi Rom testatum. Plin.lib.8,cap.40,4.

¶ Testatio. Quint.lib.5,cap.13,38. Siquid ab aduersario testationibus comprehensum.

¶ Testatu n. Redigere in testatum. Vlp.in l.1.§.2. ff. viusfructarius quemadmodum, &c.

¶ Testator. Vlpian in P. cum res in prin.D. de legat. 1. Constat, rem ibi esse præstandam, ybi relicta est: nisi alibi testator voluerit.

¶ Testatrix. Paulus in l Titia. in princ. D de legatis secundo. Quum Seius viua testatrice testatam frumentariam ex causa luxurativa habere cœperit.

¶ Testato. Vlpianus in l. si procuratorem. §. si ignorantes ff mandati vel contraria. Sed & si testato conuenerunt debitorum.

Denuntiare alicui testato. Vlp.in l.1.§. licet autem, ff.de periculo & ratio. rei vend.

Testa d dec dtere. Paulus in l fraudem.2. ff. de iure fisci.

¶ Testamentum. Vlp. in l.1. qui testamentum sic poss. Testamentū est voluntatis nostrarū iusta sententia, de eo quod post mortem fieri voluerimus.

Libertas testatorum. Quint.lib.3,cap.6,61.

Testamento tutorem institui. Liu.1.ab Vrbe.157.

Resignare testamentum. Horat.1.epist.7,2.

¶ Testamentarius. Plin.lib.33,cap.2,5. Adoptione testamētaria. Salutionis Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nominari.

¶ Testamentarius: confector & scriptor testatorum. Callistratus, ad legem Corneliam de falsis l.diuus. Placet testamento pœnam legis Corneliaz remitti.

¶ Testificatus Lingua testificata deam. Ouid,epist 10,27.

TESTIV] Varro de Lingua Latina, indeclinabile pro Testa posuit.

¶ Testuaceum. Varro lib. 4. de Ling.Lat. condimentum ex varijs esculentis à testu, sub quo calido coquitur.

TESTUDO.] Plin.lib.9,cap.10,1. Dentes non sunt testudini.

¶ Testudo: Machina bellica. Silius libro 1.73. Tandem condensis artæ testudinis armis. Cæsar 5. bell. Gall. 156. Falces testudinesque, quas idem capitui docuerant, parare ac facere cœperunt. Virgilii se-cundo, Aen.8.

—obsessumq; acta testudine limen.

Lucan.lib.3.95.

Vt tamen hostiles densa testudine muros.

Testa subit virtus. Stat.10.Theb.10,1.

Scrutaturq; cauas cœcā testudine turre.

¶ Testudo: Continuata scutorum series, Luius 10.ab Vrbe.145. Galli testudine facta, conservi stabant. Cæsar 5. bell Gal.9,1. At milites legionis septimæ testudine facta, & aggreduntur munitionis adiecto, locum cœperunt. Virg.9.Aen.10,5.

Ferre liber subter densa testudine casus.

¶ Testudo: alta significatio. Celsus in l. Labeo. ff.de suppellestile leg. Nunc ex ebore atq; testudine, & argento, iam ex auro etiam atq; gemmis supellestili vntur.

¶ Testudo: pars cubare.

Acuta testudo. Martial.lib.13,16.

Blanda. Claud.8.Paneg.50.

Callida resonare septem nervis. Horat.3.Carm.ode 11,1.

Cava. Horat. Epod. 4,2.

¶ Testudines: Loca in adiuncti camera. Virg.1, Aen.10,2.

Tum furibus diuæ, media testudine templi.

Varro 3.de Re rust. cap.5,1,igitur testudo sit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere possint. Virg.2.Georg.9,1.

Nec varios inhant pulchrâ testudine postes.

Thalami culti testudine Ouid.2, Metam.148.

¶ Testudineatus. Columella lib. 12, cap.15,2. Testudineatus testum. Plin.lib.33,cap.11,7. Sed & testudineatum in usum venisse.

¶ Testudineus. Testudineum Hexaclinon. Martial.lib.9,62. Testudineus gradus. Plaut. Amph. 15,5,3.

TESTVS] Cato: In foco calido sub testu coquitur leuster. Idem cap.84, Vbi bene omnia commiscueris, in catinum indito: catinum testu operio.

¶ Testum. Plin.lib.33,cap.7,15, Sub æreo testo.

TESTVACEVS] Vide TESTIV.

TESTANICVS] Tetano laborans. Plin.lib.23,cap.7,10, Dartur tetanicis & spasticis.

TESTER] Plaut. Mostel.8.139.

Nullum ædepol hodie genus est hominum terrius.

Aqua teterima. Horat.1.Serm.Satyr.5,2.

Cadavera tetra. Lucret.lib.1,84.

Causa teterima bellī. Horat. 1. Serm. Satyr.3,22.

Colotes terti foedæ specie. Lucret.lib.2,85.

Discordia tetra. Horat. 1. Serm. Satyr.4,12.

Facinus tettum Senec. Thyest.8,32.

Libido terra Horat. 1. Serm. Satyr.1,7.

Morbus teter Catul. de Lesbia.71,5.

Nox tetranimborum. Lucret.lib.4,35.

Odor teter. Col.lib.7,cap.5,16. Virg.3,Aen.46.

Ore tetro spirans flamas. Lucret.lib.2,141.

Sanguinis tetri profluvium. Lucret.lib.6,245.

Sapor teter. Lucret.lib.6,5.

Spiritus teter. Horat.3.Carm.ode 11,4.

Vlccra tetra. Lucret.lib.5,199.

Tetritudo. Acc. Philost. Quod te obsecro, ne hæc asperna-bilem tetritudo mea in occulto faxit.

¶ Tetro. Paucius in Peribœa: Belluarum ac ferarum aduē-tus ne teter loca.

TETRADORON] Quatuor palmorum. Plinius libro 35,cap.14,3. Vitruvius lib.2.

TETRADRACHMA] Nummus quaternas valens drachmas. Liu.4.bell.Maced. 93.

TETRANS] Quatuor partes. Vitruvius lib.10,cap.11.

¶ Tetrapharmacum emplastrum. Cels lib.3.cap.19.

¶ Tetrarcha. Lucan.lib.7,46,

—sicci sed plurimi campi

Tetrarchæ, regesq; tenent, magniq; tyranni.

¶ Terrastrichon. Martial.lib.7,84;

Quod non insulæ scribis terrastricha quedam.

TETRICVS] Martial lib.6,10,

At quām non tetricus, quām nulla nubilus ira. Co-

lum.lib.8,cap.11,1. Pauorum educatio magis urbani pa-

tris familiæ, quām tetrici rustici curam poscit.

Lustra tetrica. Stat.9.Thebaid.123.

Puellæ tetricæ. Ouid.1.de Arte.145.

¶ Tetricitas. Ouid.ad Pisone,21.

Nec fluidum; æta sed tetricitate decorum.

TEXO] Terent. Heaut.1,3,44.

Texentem telam studiosè ipsam offendimus.

Vestes texere. Tibul.lib.2.cleg.3,12.

Fiscellam texit hibisco. Virg. eclog. 10. 15.  
 Flores texere. Ouid. 10. Metam. 25.  
 Carina texitur suis costis. Ouid. epist. 15. 22.  
 Nauigium texere. Plin. lib. 13. cap. 11. 5.  
 Nidos. Quintil. lib. 2. cap. 16. 9.  
 Sepes texendæ. Virg. 2. Georg. 75.  
 Causas texere lethi. Propert. lib. 3. eleg. 7. 6.  
 ¶ Textus: *Participium*.  
 Iter texum cæcis parietibus. Virg. 5. Aen. 11. 8.  
 ¶ Textus: *Verbale*. Plin. lib. 9. cap. 15. 13. Alterno textu fulge-  
 tibus toto capite crinibus. Idem lib. 18. cap. 7. 11. Granain  
 stipula crinito textu spicantur.  
 ¶ Textum. Martial. lib. 5. 11. 4.  
 Et dona mattum vimineo serunt texto.  
 Textum orationis: pro Sydo. Quintil. lib. 9. cap. 4. dicendi tex-  
 tum tenue atque râsum lœuoribus numeris erat corrum-  
 pendum.  
 Illustræ textum. Stat. 6. Thebaid. 74.  
 Purpura nempe mihi, preciosaq; texta dabuntur,  
 Quid. epist. 16. 44.  
 Pinea texta carinæ Catull Argon. 59. 2.  
 Clypei non enarrabile textum. Virg. 8. Aen. 12. 4.  
 ¶ Textilis Virgil. 3. Aeneid. 97,  
 Textilibusq; onerat donis.  
 Textilia fæta. Martial. lib. 6. 80.  
 Textile tegmen. Lucret. lib. 5. 271.  
 Auro textili fulgens monile. Senec Medea. 7. 19.  
 Textilis umbra palmitis. Martial. lib. 11. 27.  
 ¶ Textile. Liu. I. decad. 5. lib. 5. 144. Spolijs, nō insignium tan-  
 tum armorum, sed etiam regiorum textilium.  
 ¶ Textor. Iuuenal. Satyr. 9. 3,  
 Et maiæ percussæ textoris pectine Galli.  
 ¶ Textrix. Tibull lib. 2. eleg. 1. 13,  
 Atq; aliqua assidue textrix operata Minervam  
 Cantat.  
 ¶ Textura. Tenuis textura. Lucret lib. 3. 43.  
 ¶ Textrina Plin lib. 11. cap. 24. 3. Quædam politura artis ipsa  
 per se tenax ratio textinæ.  
 ¶ Textorius. Seneca epist. 114. Textorium, inquis, me hercu-  
 le totum istud est.

## T H

THALAMVS] Virg. 9. Aen. 56. Ferscetq; Eumenidū thalamī.  
 Certamen thalamī. Ouid. 10. Metam. 64.  
 Confors Ouid. 10. Metam. 50.  
 Cultus thalamus ebore & testudine. Ouid. 2. Metam. 14. 8.  
 Geniales thalamī. Claud. 2. in Ruffin. 20.  
 Iugales. Valer. I. Argon. 46.  
 Marmoreus thalamus. Virg. 4. Aen. 79.  
 Vidui thalamī. Valer. 2. Argon. 7. 5.  
 Apparare thalamos. Senec. Troad. 10. 8.  
 Expertem thalamī vitam degere. Virg. 4. Aen. 11. 0.  
 Felici thalamo dotare aliquam. Senec. Troade. 10. 3.  
 Habet aliquem thalamus. Virgil. 6. Aen. 10. 4.  
 Inire thalamum. Ouid. 4. Metam. 66.  
 Inuadere thalamum alicuius. Virg. 6. Aen. 12. 5.  
 Læderethalamos stupro. Senec. Herc. fur. 6. 3. 1.  
 Miscere. Senec. Hippol. 12. 6.  
 Petere. Ouid. 6. Metam. 14. 0.  
 Tenete. Senec. Ostau. 6. 2.  
 Pudicos violare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 4.  
 ¶ Thalami, pro altæolis apium. Virg. 4. Georg. 3. 8,  
 pòst ybi iam thalamis se compoñere siletur  
 In noctem.

THALASSICVS] Plaut. Milit. 16. 4. 2,

Palliolū habeas ferrugineum: nam is color thalassicus.  
 ¶ Thalassinus. Vestis thalassina. Lucret. lib. 12. 24.

THEATRVM] Iuuenal. Satyr. 10. 13,  
 —& pleni moderantem fræna theatri.  
 Fundamenta alta theatri. Virg. 1. Aen. 87.  
 Arcto theatro stipiti Roma. Horat. 2. epist. 1. 12.  
 Magna theatra. Lucret. lib. 4. 15.  
 Mirmoreum theatrum. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 1.  
 ¶ Theatrum: pro Ipsi spectaculo. Martial. 1. 21,  
 Quæquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro  
 Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.  
 Plin. in Panegyr. 89.  
 Curua theatra. Ouid. 1. de Arte, 18.  
 Festa. Ouid. 3. Metamorph. 23.  
 ¶ Theatrum: pro Ipsi spectaculo. Quintil. lib. 6. Tunc est com-  
 munendum theatrum.  
 Spissa theatra. Horat. 1. epist. 20. 9.  
 Clamosi turba theatri. Stat. 3. Sylu. 5. 4.  
 ¶ Theatralis. Humanitas indecora & theatralis. Quintil.  
 lib. 1. cap. 2. 6.  
 Lextheatralis. Quintil. lib. 3. cap. 6. 14.  
 Operæ theatrales. Tacit. lib. 1.

¶ Theatridium. Varro libro 3. de Re rustic. cap. 5. 10. Inter  
 has & exteriores gradatim substructum, ut theatridum  
 arium.  
 THEBAICAE, seu THEBAIDES] palmæ generosiores. Plin.  
 lib. 5. cap. 28. 6. Idem lib. 14. cap. 4. 18.  
 THECA] Varro 1 de Re rust cap. 4. 8. 1. Proinde ut grani the-  
 ca sit gluma, & apex aristæ.  
 Theca calamaria. Martial. lib. 14. 19.  
 THENSA] Sacrum vehiculum. Liu. 5. ab Urbe. 184. Quæ au-  
 gustissima vestis est, thenasducētibus triumphantiibusve,  
 ea vestiti medio ædium eburneis sellis sedete. Sueton. in  
 Cæsare, cap. 76.  
 THERIACA] Genus medicamenti contra venenata anima-  
 lia. Plin. lib. 20. cap. 24 & lib. 19. cap. 4. 12.  
 THERMAE] Martial. lib. 5. 82,  
 Neronianas is refrigerat thermas.  
 ¶ Thermulæ. Martial. lib. 2. 32,  
 Herrulci nisi thermulis laueris,  
 Illotus morieris, Oppiane.  
 ¶ Thermefacio. Plaut. Stich.  
 Mcherculè verò cò quantum potest, iam ne exco-  
 ña sunt, quod thermefecerat.  
 ¶ Thermopolium. Locus in quo calida excitamenta & po-  
 toria venduntur Plaut. Rud. 13. 4. 5.  
 Nethermopolio quidem vñnum instructum hodie.  
 ¶ Thermopolio Plautus Trium. 14. 7,  
 —postquam thermopotasti gutture recipere.  
 THESAVRVS] (vt inquit Paulus Iuris. de acquir. rer. do-  
 minio. I. nunquam.) veterus quædam depositio pecunia, cu-  
 ius non exstat memoria; vt iam dominum non habeat.  
 Plaut. Aulul. 1. 7,  
 Sed mihi azos huius, obsecrans, concredidit.  
 Thesaurum auti.  
 Intacti thesauri Arabum. Horat. 3. Carm. ode 14. 1.  
 Reclidere thesauros tellure. Virgil. 1. Aen. 7. 9. (rum.  
 ¶ Thesaurus: Abundânia Plaut. Afrin. 11. 65. Thesaurus copia-  
 Repositus thesaurus. Quintil. lib. 2. cap. 7. 3.  
 Thesauri cauernarum. Plin lib. 17. cap. 14. 1.  
 Thesaurus: in malum. Plaut. Amphit. 16. 1. 3. Thesaurum stu-  
 pitemeo.  
 Thesaurus mali. Plaut. Merc.  
 Thesauri maxillarum. Plin lib. 10. cap. 72. 3.  
 ¶ Thesaurarius. Thesaurarij fures. Plaut. in Aulul. 13. 25.  
 THESIS] Spatiose atq; vberes ad dicendi exercitationem  
 theses. Quintil. lib. 2. cap. 4. 1. 8.  
 Dicere theses. Quintil. lib. 2. cap. 1. 7.  
 THE TA] iudicibus Græcorum etat nota condemnationis  
 Martial. lib. 7. 16,  
 Ad Castricum, vocat mortiferum theca.  
 Pers. Satyr. 4. 2,  
 Et potis es vitio nigrum præfigere theræ.  
 THOS] Lupi genus. Plin. lib. 8. cap. 34.  
 THOLVS] Virgil. 9. Aeneid. 8. 2,  
 —siqua ipse meis venatibus auxi,  
 Suspendive tholo, aut scra ad fastigia fixi.  
 Martial. lib. 2. 58,  
 Et me Cæsareum prospicis ecce tholum.  
 ¶ Tholus pro testudine edificij, sine domo rotundæ. Ouidius 6.  
 Fastor. 60.  
 Mox didicie curuo nulla subesse tholo.  
 Varro 3 de Re rust. cap. 5. 10. inter eas piscinas tantummo-  
 do accessus semita in tholum, qui est ultra rotundus, co-  
 lumnatus. Stat. 1. Sylu. 1,  
 Quod coleris maiore tholo.  
 THORAX] Plin lib. 20. cap. 12. 15. & lib. 17. cap. 7. 6.  
 ¶ Thorax: Tunica que pectoris iugis Iuuen. Satyr. 5. 15,  
 —viridem thoraca iubebit

Afferti. Sueton. de Augusto, cap. 81. Hyeme quater-  
 nis cum pinguis toga tunicis, & subucula thorace laneo, &  
 femoralibus, & tibialibus muniebatur.  
 ¶ Thorax: Munimentum pectoris. Plin. li 7. cap. 20. 3. Nos quo-  
 que vidimus Athanatum nomine prodigiosæ ostensionis  
 quingenario thorace plumbeo indutum. Virgil. 1.  
 Aeneid. 6. 8,  
 —thorax simulcum pectori rupit.  
 Nexilis thorax. Stat. 4. Thebaid. 35.  
 Perfoſſus. Virg. 1. 1. Aen. 2.  
 Densis thoracibus horrens stat manus. Valer. 3. Argon. 18.  
 ¶ Thoracatus. Plin. li. 35. cap. 10. 5. Parthasius pinxit Nauar-  
 chum thoracatum.  
 THRON] Iucundum quoddam edulium. Varro: A' globo  
 farinæ dilatato, item in oleo costi, disti à globo globi; vt  
 thrion & placenta.  
 THRIPS] Teredinis genus. Plin. lib. 16. cap. 41.  
 THVNVS] Genus pisces marin. Horat. 2. Scrm. Satyr. 5,  
 Plures annabunt thuoni, & cetaria crescent.

**THYRIANVS**] Genus pisces marini. Plin.lib.32.cap.17,10.  
**THVS**] Plin.lib.12.cap.14,1. Thura præter Arabiam nullis,  
acne Arabiæ quidem yniuersæ. Tibull.lib.1.eleg.3,7.

Reddereq; antiquo mensura thura lati.

**Acerz** thuris. Ouid.8, Metam.53.

**Eoum ihus** Stat.1, Thebaid.13.

**Flava thura**. Ouid.epist.20,19.

**Incana thura** glabis. Stat.6, Thebaid.13.

**Mascula**. Virg.eleg.8,3.

**Niliacum thus**. Stat.4, Sylu.9,3.

**Pia thura**, luuen. Satyr.13,12.

**Sabæum iibus** Virg.1, Aeneid.85.

**Saci** thuri honore dignatio aliquem. Ouid.14, Metam.26,

**Blanda thura dare**. Tibull.lib.3.eleg.3,1.

**Litare thure** Pers. Satyr.5,12.

**Ministrare thura**. Ouid.2, Metam.60.

**Sabæi** mittunt thura. Virg.1, Georg.12.

**Placare deos thure**. Horat.1, Carm.ode 36,1.

**Tribuere alicui honores thuri**. Ouid.14, Metam.25.

**Thurarius**. Firmic.lib.8, cap.25. Vice sima septima pars librae si in horoscopo fuerit inuenta, thurarios faciet, vel pigmentarios, seu pharmacopolas.

**Thureus**. Col.lib.1, cap.8,4. Iam thuream plantam, florentesq; horios myrra & croco. Virg.2, Georg.2.  
—solis est thurea virga Sabæis.

**Dona thurea** Virg.6, Aen.45.

**Flamma**. Stat. Thebaid.9,8.

**Grana** Ouid.4, Fast.82.

**Thurifer**. Plin.lib.6, cap.23,13. Regio thurifera. Idem lib.12, cap.14,10. Quum deuiciet thuriferas gentes.

**Indus thurifera**. Ouid.3, Fast.14,4.

**Atæ thurifera**. Stat.1, Achil.10,4.

**Thuricremus**. Atæ thuricremæ. Virg.4, Aeneid.91.

**Foci thuricremi**. Ouid.epist 24.

**Thurilegus**. Arabes thurilegi. Ouid.4, Fast.114.

**Thuribulum**. Liu.9, bel. Pun.70.

**Thuseulum**. Plaut. Aulul.1,3,1,5.

Nunc thuseulum emi, & hæc coronas floreas.

**THYRA**] Arbor odorifera. Plin.lib.14, cap.16.

**THYASVS**] chorea, qua Baccho exhibebatur. Virg.5, eleg. Instiuit Daphnis thyasos inducere Baccho.

Catull.de Berecynth.38,6. Thyasus repente linguis trepidantibus v'lulat.

**THYM BRA**] Herba. Plin.lib.19, cap.8,33. Colum.lib.10,

Et satureia thymi referens thymbræq; saporem.

Olens thymbra. Stat.1, Sylu.2,5.

Gelidæ vmbracula thymbræ. Stat.1, Sylu.2,45.

**THYMVS**] Herba. Plin.lib.21, cap.10,1. Mart.lib.5,40.

Hyblæis madidas thymis placentas.

Dul eiior thymo. Virg.eleg.7,8.

Cecropium thymum. Virg.4, Georg.54.

Apes pascuntur thymo. Virg.5, eleg.16.

Redolentq; thymo fragrania mella. Virg.4, Georg.34.

Suffi e thymo. Virgil.4, Georg.49.

**Thymianus**. Thymianæ oues. Plaut.Bacchid.

**Thymites**. Colum.lib.12, cap.3,5. Vinum absynthitén, & hyssopitén, & abrotónitén, & thymitén, & mararién.

**Thyminus**. Colum.lib.6, cap.33. Cum melle Attico: vel si dñm nñ est vñq; thymino celeriter levatur.

**THYMOVS**. Plinius libro 11, capite 15, 1. Thymosum meliorum coit.

**THYN NVS**] Piscis. Plin.lib.9, cap.15,1.

**THYRSVS**] Virga & caulis cuiuslibet herbe. Plin.lib.19, cap.8,5. In mentum, omnes thyrsos, vel folia lactucarum, prorogare v'retis conditos, ac recenteis in patinis coquere.

Fragiles thyrsi Stat.2, Thebaid.13,3.

Pampinea. Claud.7, Paneg.12,1.

Tetetes. Stat.2, Achil.3,5.

Thyrsus spectabilis. Plin.lib.21, cap.15.

Virentes fronde thyrsi. Ouid.11, Metam.6.

**Thrysus**: Hasta aculeata, baderis obtecta. Catull.Argon.59, 51. Ouid.3, Amor.eleg.14,4.

Corniger increpuit thyrsi grauiore Lyæus.

Senec.Herc.fur.11,2.

Teatam virenti cuspidem thyrsi gerens

Graui thyrsi metuendus Liber. Horat.2, Carm.ode 19,2.

Quater thyrum. Senec.Herc.Octo.4,1.

Leuem thyrum vibrare manu Senec.Oedip.5,8.

**Thrysus**: proximato & incastamento. Lucr.lib.1,89,

—sed acri-

Percuslit thyrsi laudis spes magna meum cor.

**Thysigerus**. India thyrtigera. Senec.Hippol.6,4.

T 1

**TIARA**] Ornamentum capitii. Iuuen. Satyr.6,1.

—phrygia vestitur buca tiara. Virg.7, Aeneid.50.

—scptrumq; sacerq; uatas. Ouid.11, Metam.37,

Tempora purpuris tentat velare tiaris.

**TIBIA**] Cels.lib.8, cap.1. Ipsum autem crus est ex ossibus duobus, &c. Alterum à priore parte possum, cui tibia nomen est.

**Tibia**: Instrumatum musicum Horat.de Arte.41.

Tibia non vt nunc orichalco vñcta.

Cantus tibiarum. Quint.lib.1, cap.11,4.

Multifora buxo tibia. Senec.Agamemn.5,8.

Causa Lucret.lib.2,125,

Curia. Virg.11, Aeneid.14,8.

Querulæ tibiæ cantus. Horat.3, Carm.ode 7,6.

Sacrifica dulces tibia effundat modos. Senec.Agamemn.9,

Adhibet tibias epulis. Quint.lib.1, cap.10,17.

Canere tibijs. Quint.lib.1, c.10,13.

Tibia, & fistula, different. Plin.lib.16 cap.16,7.

**Tibialis**. Plin.lib.16, cap.6,10. Terna arundo est tibialis calami: quem auleticorum dic-bant.

**Tibiale**: Valaminum tibiarum Saet. de Augusto cap.12. Et femoralibus, & tibialibus muniebatur. Paulus: lutecons. in l. qui commatus. ff. de re milit. Si tibiale vel humerale miles abenauit, castigari verbisibus debet.

**Tibicen**. Liu.2, ab Urbe,272, Cornicines, tibicinesq;. Hor. de Arte 8,4.

**Tibicines**: columnelle, quibus rusticis testa sua fulcire solent. Iuuenal.Satyr.3,20.

Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam.

Dicitur etiam, quicquid in festientasulum alterius ponitur. Ouid.lib.4, Fast.14,0.

Hæc modo versabat stantem tibicine telam.

**Tibicina**. Plaur. Aulul.9,2,

Postquam obsonauit herus, & conduxit coquos.

Tibicinesq; hasc apud forum. Mart.lib.14,64.

Etria nos madidis rumpit tibicina buccia.

Meretrix tibicina. Horat.1 Epist.14,5.

**TIGNVS & TIGNVM**] Casar 4, bell Gall.5,23. Tigna bipeda sequipedalia ab imo praeculta, dimensa ad alitudinem fluminis. Propert.lib.4, eleg.2,12.

Sive in fortio gemuit stans noctua tigno. Horat.de Arte.15,7,

—& modice instruit pulpita tignis.

Ouid.8, Metamorph.13,1,

Sordida terga suis nigro pendentia tigno.

Arrestatia tigna. Vitruvius lib.10, cap.17.

Polire tigna. Claud.3, Paneg.65.

Lævia radere tigna. Lucret.lib.5,255.

Tigni nomine, omnne genus materiei, ex qua ædificia constant continetur. Vlpianus de tigno iuncto.l.1, & ad exhibendum.l.tigni. Horat.2, epist.2,15.

Torquet nunc lapide, nunc ingens machina tignum.

Tigni appellatione in vineis, omnia vineis necessaria continentur. Vlpianus de tigno iuncto.l.1.

**Tignarius faber**, non solum is qui tigna dolat, sed etiam qui solaria lignea. Caius iurisc.

**Tigillum**. Liu.1, ab Urbe,11,1. Transmisso per viam tigillo, capite ad operito, velut sub iugum misit iuuenem. Tibull.lib.2, eleg.1,8.

Illi compositis primùm docuere tigillis.

Exiguam viridi fronde operire domum.

Ianua suffixa tigillo. Catul.ad Ianuam,62,2.

**TIGRIS**] Virg.4, Aeneid.7,4.

—hyrcanaq; admovunt vbera tigres. Plin.lib.8, cap.

18,1. Tigriñ Hucani & Indi: serunt, animal velocitatis tec-

menda, & maxime cognitæ, dum capitur.

Atmeniæ tigres. Virg.5, eleg.6.

Aspera tigres. Horat.1, Carm.ode 23,2.

Atra Virg.4, Georg.8,2.

Maculosa tigridis forma. Ouid.11, Metam.50.

Pessima tigris. Virg.3, Georg.50.

Rabidæ tigres. Virg.2, Georg.31.

Sauv. Ouid.epist.10,18.

Varia. Senec.Hippol.1,1,1.

Virgatæ Senec.Hippol.3,1.

Tigrides, dixit author Philomelæ, in Ouidij operibus:

Tigrides indomita rancant.

**Tigrinus**. Plin.lib.13, cap.15,3. Illud oblongo cœnit di-

cursu, id eoq; tigrinæ appellantur.

**TILLA**] Arbor. Plin.lib.16, cap.40,7. Mollissima tilla. ea-

dem videtur & calidissima. Colum.lib.9, cap.4,3. At tilla

sola ex omnibus sunt nocentes.

Leuis tilla. Virg.1, Georg.35.

Molles tilla. Ouid.10, Metam.19.

Pinguis tilla. Virg.4, Georg.32.

**Tilia**: de interioribus cornicis vñmi tunica. Plin.lib.24, cap.8,

3. Corticis interior tilla lepras fedat.

**Tiliaceus**. Columel.lib.12, cap.43,4. Arculae sagineæ, vel

euiam tiliaceæ.

**TIMEO**] Terent. Andr. 1, 5, 29.  
Miserat timeo, hoc incertum quossum accidat.  
Fraudem timere. Ouid. 7, Metam. 9.  
Quid tuta times? Ouid. 7, Metam. 10.  
Iram numinis timere. Ouid. 6, Metam. 63.  
**Timeo** tibi. Terent. Heaut. 3, 2, 20. Idem Andr. 1, 3, 5.  
Si illum relinquio, eius vita timeo.  
Timere à Quintilian. libro 3, capite 10, An timendum à rege bellum.  
Sibi timere. Virg. 2, Aeneid. 26.  
**Timeo** sum tauri. Iuuen. Satyr. 0, 2, Plin. lib. 14, cap. 16, 3.  
Timent ægris vini noxam.  
De morte alicuius timere. Ouid. 3, Fast. 124.  
**Timeo** ne. Terent. Andr. 1, 5, 34. Tum autem hoc timet, ne deseras se.  
Timere pro. Gellius lib. 19, cap. 1, Ipsum autem pro Aristippi anima timere.  
**Timeo** quid fieri. Plaut. Merc. 3, 109. Terent. Phorm. 1, 3, 26.  
Timeo miser, quam hic mihi nunc rem nuntiet.  
**Timeo**, cum accusatio datus. Quint lib. 4, cap. 1, Religiosus iudex libenter eum audit, quem iustitia sua minime timet.  
**Timeri**. Martial. lib. 11, 19,  
Fines nunc populantur, & colono  
Tanquam sus Calidonius timetur.  
Bello timeri. Silius lib. 15, 128.  
Timetur argentum. Mart. lib. 5, 98.  
**Timens**. Ouid. 14, Metam. 43.  
— mortemq; timens, cupidusq; moriti.  
Mortis timens. Lucret. lib. 2, 249.  
**Timendus**. Armis timendus. Stat. 4, Sylv. 3, 27.  
Dente timendus aper. Ouid epist. 4, 21.  
Vox timenda. Horat. Epod. 6, 2.  
Dentes timendi. Horat. 3, Carm. ode 20, 2.  
**Timidus** Horat. 3, Carm. ode 19, 1,  
Codrus pro patria non timidus mori.  
Timidus, cum genitio. Senec. de Vita beata: Abduntur in aliquas rimas timida lucis.  
Decorum timidus. Ouid. 5, Metam. 20.  
**Timidor**. Cæsar s, bell. Gall. 5, 1, Vtrum secundis minimisq; rebus insolentiores, an aduersis mediocribus timidores essent.  
Ocellis timidis vestem prætendere. Ouid 3, Amor. eleg. 5, 6.  
Passus timidi. Virg. 6, Aeneid. 5, 3.  
Pectus timidum. Ouid 11, Metam. 90.  
Pede timido fugere. Ouid. 4, Metam. 20.  
Pudor timidus. Ouid. 1, Amor. eleg. 1, 2.  
Turba timidissima columba. Ouid 1, de Arte, 24.  
**Timide**. Credens timide. Ouid epist. 6, 3.  
Promittere timide. Ouid. 1, de Arte, 127.  
**Timor**. Loca plena timoris. Ouid. 10, Metam. 6.  
Maximus timorum metus lethi. Lucan. lib. 1, 91.  
Cassus timor. Stat. 6, Thebaid. 32.  
Dubij timores. Stat. 5, Thebaid. 64.  
Durus timor. Propert. lib. 1, eleg. 18, 1.  
Ingens timor omnibus. Stat. 12, Theb. 35.  
Solliciti timoris res plena amor. Ouid. epist. 1, 3.  
Suspensus timor. Ouid. 13, 17.  
Cohibetur timor Cæsar s, bell. Gall. 8, 4.  
Deponere timorem. Ouid. epist. 7, 12.  
Erasus timor ex animo. Senec. Thycete, 6, 6.  
Ferre timorem. Catul. Argon. 9, 30.  
Pavidus timore horrerant membra. Ouid 7, Metam. 12, 8.  
Lacessit pectus meum timor. Senec. Herc. Octo. 4, 33.  
Lenire timorem. Virg. 1, Aeneid. 9, 1.  
Mederi timori alicuius. Ouid. 9, Metam. 1, 6.  
Mußabat tacito medicina timore Lucret. lib. 6, 237.  
Ponere timorem. Ouid. 6, Fast. 3, 1.  
Magno timori esse populis. Lucan. lib. 3, 17.  
Trahere timorem. Ouid 13, Metam. 17.  
Anxius timor virgo sollicitum. Virg. 9, Aeneid. 18.  
**Timefactus** Lucret. lib. 2,  
His tibi tum rebus timefactæ religiones  
Effugiant animo pauidæ.

**TINAE**] Vasa ad vinum, reponendum. Varr. de vita pop. Roman. lib. 1, Antiquissimi in conuiuis utres vini primò, posteà tinas ponebant.

**TINCA**] Pisces. Ausonius in Mosella:  
Quis non & virides vulgi solatia tincas  
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis?

**TINEA**] Horat. 1, Epist. 21, 3, ad librum suum:  
— aut tineas pæses taciturnus inertes. Plin. lib. 11, ca. 35, 1, Idem puluis in lanis & veste tineas creat; præcipue si araneus vna includatur Mart. lib. 2, 4, 6.  
Non metuas mortem, Nevoile; sed tineas.  
Tineæ: umbriæ. Plin. lib. 11, cap. 33, 1, Sicut intra hominē ti-

neæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine.  
**Tineæ**: Vermes in alveariis. Col. lib. 9, cap. 14, 1, Piæterea vt tineæ si apparuerint, cuerantur, papilionesq; cneccentur. Durum tineæ genus. Virg. 4, Georg. 30.  
**Tineosus** Colum. lib. 9, cap. 14, 17.  
**TINGO**, vel **TINGVO**] Martial. lib. 3, 89,  
Mentiris iuuenæm tintis, Lentine, capillis.  
Plin. lib. 35, cap. 6, 14, Cum purpuris pariter tinguitur.  
Comæ tingenda in amne. Propert. li 4, eleg. 4, 5.  
Corpus tingere sparsâ aquâ. Ouid. 4, Fast. 58.  
Cultros unxit sanguine. Ouid. 7, Metam. 12, 2.  
Ferrum tingere sanguine. Ouid. 2, Trist. 77.  
Tingit cutem Catinus. Martial. lib. 1, 73.  
Tingi nardo. Martial. lib. 2, 58.  
Foculis tingue aliquam. Horat. 4, Carm. ode 12, 5.  
**Tingens**. Plin. lib. 9, cap. 38, 1, Sed id tingentium officinæ ignorant.  
**Tinillus**. Spicula tintæ venenæ. Ouid 4, de Ponto, eleg. 10, 7.  
Lana tintæ murice. Ouid. 1, de Arte, 50.  
Pallor tintæ violâ Horat. 3, Carm. ode 10, 3.  
Tincta in aceto spongia. Cell. lib. 8, cap. 4.  
Murice trincta vestis. Martial. lib. 5, 14.  
Senfu tintæ verba. Quint lib. lib. 4, cap. 2, 82.  
Tincti ærugine verius. Martial. lib. 10, 33.  
**Tinturus**. Sanguine tinturus cultros. Ouid. 1, Fast. 65.  
**Tintus**: Verbale. Plin. lib. 10, cap. 48, 1, Et alia codem nomine croceo tintu.  
**Tintura**. Plin. lib. 37, cap. 9, 2, Adulteratur maximè tintu.  
**Tintilis**. Ouid. 3, Trist. eleg. 10, 13, (ra, Non volucri ferro tintile virus inest.  
**TINIA**] apud antiquos vasa vinaria suæ: vt ait Festus.  
**TINNO**] Varro 3, de Rer. cap. 16, 6, 24, Circum tinnendo æte.  
Aures tinniunt sonitu suopte. Catul. ad Lesbiam, 48, 3.  
**Tinnitus**. Plin. lib. 11, cap. 20, 1, Apes gaudent plausu atq; tinnitu æris.  
Acris tinnibus sonat Rhodope. Ouid. 6, Metam. 118.  
Arguta cauis tinnibus a ra Silius lib. 17, 4.  
Tenues tinnitus. Catul. Argon 19, 53.  
Cicer tinnitus. Virg. 4, Georg. 13.  
**Tinnimentum**. Plaut. Rud. 19, 25,  
Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.  
**Tinnulus**. Ouidius:  
Tinnulaq; æra sonant, & olear myrræq; crociq;  
Tumidus, & corruptus, & tinnulus. Quint. lib. 2, cap. 3, 7.  
Chorda tinnulæ. Seneca Troade, 9, 4.  
Vox tinnula. Catul. Epital. Iuliæ, 56, 3.  
**Tintinio**. Afranius in Consobrinis: Ianitoris impedimenta tintiuitate audio.  
**Tintino**. Catullus in Carmine Sapphico, ad Lesbiam, 48, 3,  
—sonitu suopte  
Tintinant aures.  
**Tintinnabulum**. Iuuenal. Satyr. 6, 49,  
Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas  
Pulsari: iam nemo tubas atq; æra fatiget.  
Plautus Pseud. 5, 98,  
Lanios indè accersam duo cum tintinnabulis.  
**Tintinnaculus** Plaut. Trucul. 17, 7,  
—nisi ad tintinnaculos Vultis vos educi viros.  
**TINUNCULVS**] Genus accipitris. Col. lib. 8, cap. 8, Plinius lib. 10, cap. 37.  
**TIPYLA**] Vermis siue araneoli species. Plaut. Persa, 6, 63,  
—neq; leuius tipulæ  
Pondus est, quam fides lenonia.  
**TIS**] Genitius antiquus, à Tu. Plautus Milit. 14, 4, 1,  
Tis egeat quia te careat.  
**TISIPHONE**] Est vna ex Furijs, à cædibus plectredis dicta:  
nō vltio vel pena: ðð, vel ðð cædes, aut mors, cui curæ sit mortis vltio. Horat. 1, Serm. Satyr. 8, 7, Tibul. lib. 1, eleg. 3, 14,  
Tisiphoneq; impexa feros pro crinibus angues.  
Crinita hydrys Tisiphone. Claud. 1, de raptu Proserp. 8.  
Pallida Tisiphone. Virg. 5, Georg. 111.  
Sæua Tisiphone. Horat. 1, Serm. Satyr. 8, 7.  
Vlrix Tisiphone. Virg. 6, Aeneid. 115.  
**TISOBIS**] nō sæsa, fluuius Britannæ, teste Ptolemæo lib. 2, cap. 3, vulgo Conuuey.  
**TISSA**] nō sæsa, Ptolemæo lib. 8, ca. 4, Siciliæ vrbs: hodie Tisse.  
**TITAN**] Sol.  
Ardens Titan laxauit feruidū diem. Senec. Herc. Octo. 6, 4.  
Calidus. Lucan. lib. 4, 12.  
Feruidus. Senec. Herc. fur. 12, 2.  
Flammiger. Lucan. lib. 1, 83. Luctificus. Lucan. 7, 1.  
**Titanus**. Astra Titania. Virg. 6, Aeneid. 145.  
Bella. Silius lib. 12, 145.  
q. Titania-

**TITANIACUS.** Ouid 7, Metam. 20, Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat Palladias arces.

**TITHYMALVS]** Genus fruticis. Columel.lib 9, Plinius lib 26, cap. 8, 18.

**TITILLATVS]** Plinius libro 11, In eadem præcipua hilatritatis sedes: quod titillatu maxime intelligitur alarum, quas subit.

**TITIO]** Varro de vita pop. Rom. libro 2, Contrà à nouo marito, quum item è foco in titione ex fallaci arbore, &c. Celsus libro 3, cap. 12, Maximeq; inuolutis testis, & extintis titionibus.

**TITIVILITIVM]** filum putridū, quod è telis cadit. Plaut. Casina, 7, 4, 9.

Non ego illud verbum emp̄site⁹ titivilitio.

**TITVO]** Quint. in Pastu caducetur: Titubantem strauisti, fumantem incendi⁹. Ouid. 3, Metam. 122,

Ille mero, somnoq; gravis, titubare videret.

**Titubare:** ad animum transferuntur. Terent. Heaut. 2, 3, 120,

Verum illa ne quid titubet. Horat. 1, epist. 13, 4,

Cause ne titubes, mandataq; frangas.

**Titubans.** Artus titubantes susuoti ferula. Ouid. 4, Metamorph. 6.

Lingua titubante loqui. Ouid. 3, Trist. eleg. 1, 5.

Membra titubantia valido vino. Ouid. 6, Fast. 136.

**Titubatus.** Virg. 5, Aeneid. 67,

Hic iuuenis iam victor, ouans vestigia preſto

Haud tenuit titubata solo.

**Titubantia.** Suet. in Vittellio, cap. 6, Marem titubantia o-  
tis prop̄ mutum & clinguem.

**TITVLVS]** Plin. epist. 149, Maxime tamen hic metitulus  
admonuit. Ouid. 2, de Arte, 59,

Vtilitas tua sit: titulus donetur amicæ.

**Titulus** libri. Mart. lib. 2, epig. ultimo,

Vnum de titulo tollere iota potes.

Ouid. 1, de Remed. Amor. 1,

Legerat huius amor titulum, nomenq; libelli.

Plin. epist. 10, 1, lib. 5.

Decorare sepulchrum titulis. Silius lib. 15, 78.

Eſſeminarē titulum. Claud. 1, in Eutrop. 2.

Titulus signetū imago. Ouid epist. 2, 15.

**titulus:** pro Laude & dignitate. Ouid. 2, Fast. 4,

At tua prosequimur studioso pectorē, Cæſar,

Nomina; per titulos ingredimurq; tuos.

Liuīus ab Urbe, 151, Naualis viatoris vanum titulum ap-  
petuere.

Adulantes tituli. Claud. 2, in Eutrop. 16.

Facilis titulus. Ouid. 10, Metam. 20.

Inanes tituli. Horat. 1, Serm. Satyr. 3, 43.

Lewis titulus, paruiq; nitoris. Claud. 2, Paneg. 59.

Reddere titulum meritis. Ouid. 13, Metam. 75.

Insignis titulus auorum. Lucan. lib. 8, 15.

Magnificus titulus. Ouid. epist. 2, 14.

Stupere in titulis & imaginibus. Horatius 1, Sermon. Sa-  
tyr. 6, 4

**titulus:** Prætextus. Paulus in 1 si quis tutor, & quid ero, ff.  
de ritu nupt. Quid ergo si, quum se veller excusare aliquo  
titulo, nec in promptu probationes haberet.

**titulus:** Monumen⁹. Apuleius: Auotum & proauotum  
titulus clarus.

### T O

**TOGA]** Tibull. lib. 1, eleg. 7, 8, Et fluit effuso cui togalaxa  
fuu.

Arcta toga. Horat. 1, epist. 19, 6.

Exigua. Horat. 1, 10, 3.

Fusa, & Restricta; contraria. Suet. in Augusto, cap. 73.

Radiante togā decorus. Claud. 4, Paneg. 75.

Recens toga. Persius Satyr. 1, 2.

Sordidula & rupra. Iuuenal Satyr. 3, 15.

Tenues togæ Horat. 1, epist. 14, 7.

Defluit toga. Horat. 1, Serm. Satyr. 3, 7.

Deictere & reponere togam. Quint. 6, cap. 3, 37.

**Toga, pro Pace.** Plinius: Vt dubium sit; togâne, an bello  
præstantior fuerit.

**Toga:** Pecuniaris habitus clientum, & saluatorum. Martial.  
ad Gallum, lib. 10, 8, 2,

Manè, vel à media nocte togatus ero.

**Candida toga.** Plin. lib. 7, cap. 34, In toga candida bis repul-  
sa notatus à populo.

Pura. Catullus ad Mallium. Lucan. lib. 7, 4,

—pura venerabilis & que,

Quām currus o-nante toga.

Pista. Capitolinus de Gord. Palmaram tunicam & togam  
pictam primus Romanorum priuatus, suam & propriam  
habuit. Lampidius de Alexandro: Prætextam & toga  
pictam nunquam nisi Consul accepit. Iuuen. Satyr. 10, 4,  
—& pista Sarrana ferentem

Ex humeris aulæa togæ.

**Puerilis.** Gellius lib. 18, cap. 4, Quum iam adolescentuli Ro-  
maræ prætextam & puerilem tog un mutassemus.

Rara. Martial. lib. 10, 47,

Lis nunquam; toga rara; mens quieta

Rasa. Plin. lib. 8, cap. 84, 4, Togas rasas Phrygiasq; diu Au-  
gusti nouissimis temporibus cœpisse.

**Toga:** pro Officio. Plinius ad Apollinarem: Nulla necessi-  
tas togæ: nemo accessit ex proximo.

**Togula.** Martial. lib. 1, 13, 3,  
Ignoscet; togulam, Posthumæ, pluris emo.

**Togatus.** Virg. 1, Aeneid. 18,  
Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Martial. lib. 14, 124.

**Togata opera.** Martialis,

Exigis à nobis operam sine fine togatam.

**Miles togatus.** Claud. 7 Paneg. 2.

**Militia togata.** Ouid. ad Pisonem, 6.

**Turba.** Propert. lib. 4, eleg. 2, 12.

**Togati:** qui principes ciuitat⁹ in forum deducebant, ac domum  
reducebant. Iuuen. Satyr. 7, 15,

—an si sella; togati

Ante pedes. Et Satyr. 1, 10,

**Turba togata.** Martialis lib. 2, 59,

Grex togatus.

**Togatulus.** Martial. lib. 10, 74,

—togatulos inter

Centum merebor plumbeos die toto.

**TOLERO]** Terent. Phorm. 3, 4, 23.

Noli metuere: vnā tecum bona malaq; tolerabimus.

**Tolerare sc.** Cæſar lib. 1, bel. Ciuil.

Alcre & tolerare equitatum. Cæſar, lib. 3, bell. Ciuil.

Tolerate sua pecunia milites. Plin. lib. 33, cap. 10, 4.

Dura Seneca Hippol. 4, 22.

Fame⁹. Cæſ. 5, bell. Gall. 1, 09.

Impensis Plin. lib. 12, cap. 14, 11.

Inopiam obsidiumq; Tacit. lib. 20.

Laborem Plin. lib. 11, cap. 5, 1.

Laborem studiorum pueri difficultius tolerant. Quint. lib. 1,  
cap. 12, 6.

Mala tolerare. Seneca Hercule furen. 13, 11.

Militiam sub magistro. Virg. 8, Aeneid. 103.

Patienter. Quintil. lib. 6, cap. 1, 7, 8.

Pondus alicuius. Hurat. 2, Catm, ode 5, 1.

Sitim. Plin. lib. 8, cap. 18, 3.

Sitim famemq;. Ouid. 1, de Ponto, eleg. 3, 4.

Sors toleranda nullis populis. Stat. 1, Thebaid. 19.

Vitam tolerare. Cæſar, bell. 314.

Vitam colo. Virg. 8, Aeneid. 82.

Passus c. 1 x. tolerare. Plinius lib. 7, cap. 20, 4.

**Tolerans.** Colum. lib. 8, cap. 16, Piscium genera dulcis vn-  
da tolerantia.

Tolerantissimus: penitus patientissimus. Columel. lib. 9,  
cap. 1, 2.

**Toleranter.** Quint. lib. 8, cap. 6, Qui toleranter videre Se-  
ptentriones videatur.

**Tolerantia.** Tolerantia doloris laude sua non carebit.

Quint. hb. 2, cap. 2, 9.

**Tolerabilis.** Terent. Heaut. 1, 2, 3, 1,

—homo tolerabilis.

Plinius in Paneg. Tolerabile tributum. Et ibidem, 13, 1;

Tolerabile experimentum.

Exemplum tolerabile. Liu. 9 Maced. 163.

In tolerabilem formam redigendæ cruitates. Liu. 4, bell.  
Maced. 190.

**Tolerabiliter.** Colum. lib. 2, cap. 2, 2, Nos discordantium  
comparationes tolerabiliter dixerimus.

**TOLES]** Tumor est in fauibus: quæ per diminutionem  
tonsilla dicuntur Festus.

**TOLENON]** Genus machinæ vt ait Festus, quo trahitur  
aqua. Liu. 8, bell. Maced. 19, Collectis rursus animis, in  
arietes tollonibus libramenta plumbi aur saxorum, stip-  
tēs robustos incutiebant. Plin. lib. 19, cap. 4, 11, Vcl tol-  
lonum hastū rigandos.

**TOLLO, vel TOLLONVS]** Idem quod Tolleno. Plautus

Rud. 12, 21,

 VAFER] Ouid.1, de Arte,122.  
 Ius vafuum. Horat.2, Serm.Satyr.2,27.  
 Vaframentum. Valer. Max.lib.1, cap.3, Quantum imperiū quām parvo interceptum est vaframento.  
 VAGINA] Eburna vagina. Virg.9, Aeneid.62.  
 Diripere ensem vagina. Ouid.10, Metam 94.  
 Ducere ferrum vagina. Ouid.4, Fast.187.  
 Eriperé vagina Virg.6, Aeneid.52.  
 Ensem l: bei are vagina. Ouid.2 Fast.159.  
 Ensis testis vagina Horat.2, Serm.Satyr.1,9.  
 Membranæ & vaginæ viscerum Plin.lib.11, cap.37,66.  
 Vagina frumenti. Varro 1, de Re rust. cap.48.  
 In vaginas corporis vnguium inuirones cōdunt feræ. Plin.lib.8, cap.15,3.  
 Vaginula. Plin.lib.18, cap.7,12, Et far in vaginulis suis servant ad fatus.  
 VAGIO] Teient. Hecyr.4,1,2,  
 Nam audisse vocem pueri visus est vagientis. Ouid.2, Fast.81, Vagierant ambo pariter.  
 Vagito. Stat.4, Sylu.8,7,  
 — quumq; tibi vagitet tertius infans.  
 Vagitus. Martial.lib.9,10,  
 Sordida vagitu posceret æra puer.  
 Ingens vagitus. Virg.6, Aeneid.86.  
 Lugubris Lucret.lib.5,46.  
 Rudis. Stat.2, Sylu.1,21.  
 Edere vagitum. Quint.lib.1, cap.1,16.  
 Aegrus vagitibus misti ploratus. Lucret.lib.2,117.  
 Vagulatio. In leg. XI, tab. Cuitem stimoniū defuerit, iste tertius diebus ob portum, ob vagulationem ito.  
 Vagor. Lucret.lib.2,117, Et superantur item, mulctetur fūnere vagor.  
 VAGVS] Animus vagus. Gatull.de Berecyth.58,1.  
 Aures vagæ. Horat.4, Carm.ode 4,1.  
 Aura vaga. Ouid.8, Metam.40.  
 Erroris vagi. Ouid.4, Metam.101.  
 Exsul vagus. Ouid.11, Metam.82.  
 Fama vaga. Ouid.epist.20,67.  
 Flumina. Horat.1, Carm.ode 34,2.  
 Gressus vagi. Martial.lib.2,5.  
 Iuuentus vaga. Martial.lib.2,89.  
 Lumina vaga noctis. Stat.3, Thebaïd.13.

- Mercator vagus. Horat. de Arte, 24.  
 Murmura vaga. Stat. 6, Thebaid. 113.  
 Natura vaga. Horat. 2, Serm. Satyr. 7, 15.  
 Nomen herbz vagum. Plin. lib. 27, cap. 4, 13.  
 Pecora vaga. Catul. de Berecynth 5, 3.  
 Pede vago quisq; discedebant. Catul. Argon. 59, 56.  
 Rumores vagi. Ouid. 11, Metam. 134.  
 Sermonibus vagis completaures. Claud. 5, Paneg. 7.  
 Turba vaga. Ouid. 13, Metam. 45.  
 Volucres vagi. Ouid. 14, Metam. 68.  
 ¶ Vagabundus. Seneca de Vita beata: Ille effusus in volu-  
 ptates ac vagabundus semper & cibius.  
 ¶ Vagor: Verbum.  
 Boues vagantur per arua. Ouid. 1, Fast. 109.  
 Vagantur gregatum ferz cuiusq; generis squamofisi. Plin. lib.  
 9, cap. 10, 2.  
 Tota vrbe vagatur. Virg. 4, Aeneid 13.  
 Terras vagari. Propert. lib. 2, eleg. 29, 4.  
 Fama vagatur. Virg. 2, Aeneid. 4.  
 Mors immatura vagatur. Lucret. lib. 5, 45.  
 ¶ Vago. Plaut. Quz circumuicinos vages.  
 ¶ Vagans. Aues vagantes. Tibull. lib. 1, eleg. 3, 12.  
 Licentia vagans. Horat. 4, Carm. ode 15, 2.  
 ¶ Vagatio Liu 5, ab Vrbe, 36. Neglectum Anxuri præsidium  
 vagationibus militum.  
 VAH] Inuertatio admirans. Plaut. Curcul. 8, 7, 8,  
 Vah, c quid mirare?  
 Vah: exultanis vel letuisse. Terent. Andr. 3, 4, 10,  
 Vah, consilium collidum!  
 Vah: insultanis. Terent. Adelph. 2, 1, 33.  
 Vah, leno iniqua me non vult loqui!  
 VAHA] exultanis, vel ridens. Plaut. 21, 25,  
 —vaha. s. quid negoti est?  
 VALD 1 v s] Comparatiuus à Valde. Horatius de Arte,  
 65. Idem epist. 9, 2. Quid possim videt, aenouit me valdus  
 ipso.  
 VALEO] Plaut. Amphit. 7, 24.  
 Evidem valeo, & saluos sum recte. Amphitruo. Ouid.  
 5, Trist. eleg. 14, Sitamen ipse vales, aliquid nos parte  
 valemus.  
 Valere ab oculis. Gellius lib. 5, cap. 10. Plaut. Epid. 3, 26,  
 A' morbo valui; ab animo æger fui.  
 Valere à pecunia. Plaut. Aulul. 7, 9.  
 Ne valeam: imprecantis vox. Martial. lib. 2, 5.  
 ¶ Valere: Posse. Terent. Eunuch. 1, 2, 42,  
 N: q; tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam.  
 Valer purgate. Plin. lib. 34, cap. vlt. 11.  
 Valer pro antidoto. Plin. lib. 20, cap. 13, 7.  
 Valere pro induiso. Plin. lib. 16 c. p. 32, 5.  
 Valet eodem. Cels. lib. 6, cap. 6.  
 Naturaliter valere. Quint. lib. 3, cap. 8, 27.  
 Publicè. Tacitus lib. 12.  
 Rogando. Ouid. 2, Metam. 36.  
 Valere: cum dativo. Gell. lib. 5, cap. 12, Nam & augendæ rei,  
 & minuendæ, parum valet.  
 Valet authoritas illius apud plebem. Caesar 1, bell. Gall. 6, 5.  
 Valere in arte aliqua. Martial. lib. 2, 63.  
 Valet in id. Quint. lib. 4, cap. 5.  
 In utramq; partem valent arma facundæ. Quintilian. lib. 2,  
 cap. 16, 7.  
 Arma plus valent legibus. Ouid. 4, de Ponto, eleg. 9, 19.  
 Ius valet. Tacitus lib. 1.  
 Preces vestræ valere. Ouid. 13, Metam. 18.  
 Cursu valere. Quint. lib. 9, cap. 2.  
 Cursu pedum. Virg. 5, Aeneid. 14.  
 Gratia. Liu. 1, bel. Maced. 19, 1.  
 Ingenio. Ouid. 1, Amor eleg. 15, 3.  
 Perfidia. Plaut. Bacchid. 4, 48. Pugnus. Plaut. Amphit. 4, 2, 36.  
 Stomacho. Luuenalis Satyr. 6, 10.  
 ¶ Valere: ad premium refertur. Plin. lib. 30, cap. 1, 8, Ut scrupu-  
 lum valeret festertijs vicenis. Vairo: Denatij, quod denos  
 æris valebant: quinari, quod quinos.  
 Quasi minimo valere res dicitur, quz ferè nullius aut exi-  
 gui precij est. Vlpian. in l Julianus § si venditor. ff de actio-  
 nibus empti.  
 ¶ Valer: Significat. Sueton in Vitellio, cap. ultimum. Cui, To-  
 lofæ nato, cognomen in pueritâ Boco fuerat: id valer, gal-  
 linaceo rostrum.  
 ¶ Vale. Terent. Eunuch. 1, 2, 110.  
 In hoc biduum Thais vale. Martial. lib. 9, 9,  
 —non vis. Aferauere; vale.  
 Longum vale. Virg. eclog. 3, 16.  
 ¶ Valeas: pro, Discedas & abeas. Terent. Adelph. 4, 13,  
 —valeas; habeas illam quz placet. Idem And. 4, 2, 13.  
 Valeant qui inter nos dissidium volunt.  
 Vale & salve: ad morsuos referuntur. Virg. 11, Aeneid. 34,
- salue æternum mihi maxime palla:  
 Aeternumq; vale.  
 Supremum vale dicere. Ouid. 10, Metam. 13.  
 ¶ Valens. Reète valens. Horat. 1, epist. 7, 1.  
 Membris & mole. Virg. 5, Aeneid. 87.  
 Cibus valens. Celsus lib. 2, cap. 18.  
 Iuuenis valens. Ouid. 13, Metam. 42.  
 Iuuenta. Catull. epithal. Iuliæ. 36, 47.  
 Trunci valentes. Virg. 2, Georg. 86.  
 Valens & infirmus: contraria.  
 ¶ Valentior, & Valentissimus. Varro de Re rust. lib. 3, cap.  
 16, 27, Prouidendum ne infirmiores à valentioribus op-  
 primantur.  
 Valentius ad omnia, vtilius, potentius, efficacius. Plinius lib.  
 10, cap. 18, 6.  
 Adiumentum valentissimum. Plin. lib. 12, 19.  
 Omni ratione valentior amor patræ. Ouidius 1, de Ponto,  
 eleg. 4, 6.  
 Argumenta valentiora. Quint. lib. 5, cap. 13, 10.  
 Causa valentior. Ouid. 1, de Ponto, eleg. 11, 7.  
 Morbo enim valentior deus. Stat. 1, Sylu. 4, 23.  
 Valentissima materia Cell. lib. 2, cap. 18.  
 ¶ Valenter. Columell. lib. 1, cap. 5, 8. Ab imo præstucta va-  
 lenter resistent contra ca, quz postmodum superposita in-  
 cumbent.  
 Valentius spirare. Ouid. 11, Metam. 97.  
 ¶ Valentulus. Plaut. Casin. 21, 25,  
 —obsecro, & valentula est.  
 ¶ Valiturus. Ouid. 1, Trist. eleg. 31, 10,  
 Pro deplorato non valitura viro. Plin. lib. 17, cap. 21, 12.  
 ¶ Valeco. Lucret. lib. 1, 192,  
 Sed potiū tali factō recreata valecat.  
 Meditatio & labor in posterum valebit. Tacit. lib. 4.  
 Aduersum omnes valescere. Tacit. lib. 5.  
 ¶ Validus. Plaut. Menæch. 18, 2,  
 Qui me vi cogunt, vt validus infantiam.  
 Validus ex morbo. Liu. 3, ab Vrbe, 36.  
 Validum ac saluum. Terent. Hecyra. 3, 5, 7.  
 Animi validus, & corpore ingens. Tacit. lib. 15.  
 Copijs validus. Tacit. lib. 19.  
 Facundiā. Plin. epist. 53, lib. 3, ad Cornelium Minutianum.  
 Spernendis honoribus. Tacit. lib. 4.  
 Mente minus validus quam corpore. Horat. 1, epist. 8, 2.  
 Virium & opum validus. Tacit. lib. 18.  
 Orandi Tacitus lib. 4.  
 Sustinere pondus. Plin. lib. 16, cap. 42, 1.  
 Validus costæ belæ. Plin. lib. 20, cap. 8, 3.  
 Actus validus. Ouid. 14, Metam. 70.  
 Armis. Ouid. 6, Metam. 13, 6.  
 Author validissimus. Tacit. lib. 5.  
 Certamina valida. Stat. 6, Thebaid. 141.  
 Ensis validus. Virg. 10, Aeneid. 161.  
 Flumen validum. Lucret. lib. 1, 59.  
 Fons validus. Plin. epist. 161, 2.  
 Gens valida. Claud. de bello Getico, 27.  
 Gressus validi. Stat. 2, Sylu. 1, 26.  
 Hostis validus. Ouid. 12, Metam. 103.  
 Ieus validi. Ouid. 3, Metam. 13.  
 Lacerto valido torquentur pila. Ouid. 2, Fast. 3.  
 Leges validas rescindere. Lucret. lib. 5, 12.  
 Leo validus. Lucret. lib. 5, 197.  
 Manu validâ lacrare aliquid. Virg. 12, Aeneid. 20.  
 Opes validæ. Plaut. Casina. 3, 18. Et apud Plin. in Paneg. 26,  
 Validissimum præsidium.  
 Plaga valida. Lucret. lib. 3, 164.  
 Pondus validum. Virg. 3, Georg. 35.  
 Puer validus. Horat. 2, Serm. Satyr. 2, 18.  
 Radices validæ. Lucret. lib. 2, 21.  
 Rumor validus. Tacit. lib. 4.  
 Segetes validæ. Ouid. 1, de Remed. 17.  
 Spes valida. Tibull. lib. 2, eleg. 7, 5.  
 Taurus validus. Tibull. lib. 1, eleg. 3, 9.  
 Vino valido titubantia membra. Ouid. 6, Fast. 136.  
 Vires validæ. Virg. 2, Aeneid. 10.  
 Vibes valida mutis. Liu. 1, ab Vrbe, 63.  
 ¶ Validæ. Plaut. Merc. 342, Amare validæ cœpi hinc meretrice.  
 Validæ cupere. Plinius epist. 212. Idem epist. 59, 2, Te vali-  
 diffissimè diligo.  
 ¶ Validius. Quint. lib. 3, cap. 8, 42, Verborum autem magni-  
 ficiencia non validius est affectanda.  
 ¶ Valetudo. Plin. epist. 22, 2, Perturbat me longa & peccinax  
 valetudo Titi Aristonis.  
 Feſſus valetudinibus. Tacit. lib. 19.  
 Morbus valetudo. Plin. lib. 10, cap. 8, 6.  
 Commodior valetudo. Quint. lib. 6, cap. 3, 53.  
 Dura. Horat. 2, Serm. Satyr. 2, 8.

Infensa. Tacit.lib.14.  
Firmitas valetudinis. Plin.lib.20, cap.5,11.  
Valetudo calculorum. Plin.lib.21, cap.27,1.  
Valetudo mentis. Suet.in Cæsare, cap.49.  
Meliorem valetudinem senibus faciunt fici. Plinius lib.23,  
cap.7,6.  
Ingrauefscens valetudo. Vlpian.in l.si quis.in prin.ff. de S.C.  
Silaniaco.  
Valetudo nouissima conficitabatur. Plinius epistola vltima, lib.2.  
Consumil longiore valetudine. Quint.lib.7, cap.3,11.  
Itin melius valetudo. Tacit.lib.12.  
Ferre valetudinem. Quint.in Procem.lib.6,10.  
Firmare. Tacit.lib.3.  
Grauescere valetudo Augusti. Tacit.lib.1.  
Impeditus valetudine Quint.lib.3, cap.6,56.  
Inflantur corpora valetudine. Quint.lib.3, cap.3,7.  
Leuator aduersa valetudo. Celsus lib.2, cap.14.  
Præfat secundam valetudinem. Celsus lib.1, in Procem.  
Recolligere se à longa valetudine. Plin.lib.23, cap.7,7.  
¶ Valetudines. Tacit.lib.19.  
Valetudines febrium. Plin.lib.33, cap.1,34.  
¶ Valetudinarius Marcianus de Re militari l. officium. Valetudinarios inspicere. Celsus in Præfat. lib.3, Qui amplè valetudinarios nutriunt.  
Valetudinarius medicus. Callistratus de iure immunitatis.  
¶ Valetudinarium. Colum.lib.11, cap.1. 16, Siue alter languidior est, in valetudinarium confessum deducat.  
¶ Valor. Plin. Victoriae valore redimi potest,  
VAL GVS] Plautus Milite, 10.127,  
Aut varum, aut valgum.  
¶ Valgus: obtorus. Valga suauia. Plaut. in Milit.4,16.  
¶ Valgiter. Petron. Arbit.  
Afroso valgiter labello Fulgent.  
VALLES, vel VALLIS] Virg.lib.11, Aen.105,  
Est curuo anfractu valles accommoda fraudi. Statius:  
Vallis amplexu nemorum sedet.  
Cava vallis. Virg.2, Georg.79.  
Concava Ouid.8, Metam.67.  
Curua. Virg.2, Aen.150.  
Gelida. Virg.2, Georg.98.  
Ima. Ouid.12, Metam.150.  
Madidæ valles cluofældæ. Ouid.1. Amor.eleg.14,3.  
Opaca. Ouid.11, Metam.56.  
Tonus Virg.4, Georg.56.  
Vmbrosa. Virg.3, Georg.66.  
Altas valles claudere insidijs. Tibull.lib.1.eleg.4,10.  
Occulta valle conditus. Silius lib.7,27.  
Saxosas inter decurrent flumina valles. Virg.eclog.5,17.  
Fluere totis vallibus. Quint.lib.5, cap.14,24.  
Reducta in valle seclusum nemus. Virg.6, Aen.141.  
Rauca vallis amne propinquu sonat Stat.4 Theb.60.  
Alatum vallis. Catull.in Rufum, 64,2.  
¶ Vallicula: apud Festum.  
VAL LV S] Virg.1, Georg.53,  
Exacuant alij vallos, furcasq; bicornes.  
VAL LV M] Cæsar 2.bell. Gall.253, Castra in altitudinem pedum duodecim, vallo fossaque duodeciginti pedum munire iubet.  
Non exsuperabile vallum. Claud.2, in Eutrop.26.  
Disiectum vallum. Silius lib.8,106.  
Ducto vallo claudere locum. Tibull.libro 4. ad Messalam, 1,17.  
Ferre vallum. Horat. Epod.9,3.  
Rescindere vallum. Virg.9, Aeneid.10,3.  
Scindere ferro. Virg.9, Aen.30.  
Subruendo vallo inducit. Tacit.lib.13.  
Pectinis vallum. Ouid.1. Amor.eleg.14,3.  
¶ Vallus. Tibull.lib.1.eleg.10,2,  
Non arcet, non vallus erat.  
Cæsar 2.bell. Civil.240,  
Vallis contra hostem in altitudinem pedum decem.  
¶ Vallum: Vanus. Varto 1.de Re rust. cap.52,2, His tritis, operter è terra subia etari vallis aut ventilabris, quum ventus spirat lenis.  
¶ Vallaris. Liu.10. bell. Pun.127, Muralibus vallaribusq; infinges coronis. Idem 10.ab Vrbe, 228.  
¶ Vallo. Plin.lib.15, cap.18,8, Non castra Punica ad tertium lapidem vallata.  
Armis vallare aliquem. Valer.1. Argon.140.  
Muti nulli vallarant oppida. Lucan.lib.4,46.  
Vrbs vallata vertice montis. Silius lib.15,10.  
Munis & vallare contra fetas. Plinius lib.10, cap.33,7.  
Monitis vallare aliquem. Silius lib.7,8,3.  
¶ Cumulus vallatus arenæ. Propert.lib.3.eleg.16,6.  
VALOR] Vide VALEO.

VAL VAE] Strepitus ingens valuarum. Horat.2. Sermon.2a.  
tyr.6,23.  
Apertæ valuae. Ouid.1, Metam.35.  
Bifores. Ouid.1, Metam.1.  
Eburnæ. Ouid.4, Metam.37.  
Patefacete valus. Ouid.4, Metam.37.  
¶ Valitus. Coll.lib.6, cap.10, Lentes quoq; valuulis exemplar, & minute molita, miscentur aquæ calidæ.  
VANITAS] Vide VANVS.  
VANNVS] Colum.libro 1, cap.21,3, Ipsæ autem spicæ melius sustibus tunduntur; vannis expurgantur. Virgilii 1.  
Georgic.14,  
— & mystica vannus Iacchi.  
VANVS] Virg.1, Georg.46,  
— sed illas  
Exspectata seges vanis elus sit auenis.  
¶ Vanus: Stultus. Iuuenal. Satyr.3.4,16,  
Sie libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.  
¶ Vanum: nec posibile, nec verisimile. Terent. Eunuch.1.2.24,  
Sin falsum, aut vanum, aut fictum est; continuò pâlam est.  
¶ Vanus: Mensis & infidus. Virg.1, Aen.80.  
Ni frustra augurium vani docuere parentes.  
Vanus & mendax. Virg.lib.2, Aen.16.  
Vanus ingenio. Liu.5, bel. Maced.181.  
Author vanus Liu 9, bell. Pun.162.  
Conuicta vana facere. Ouid.9, Metam.61.  
Dulcedo vana. Ouid.55, Metam.62.  
Error vanus. Lucret. lib.1,2,2.  
Fides vana. Virg.4, Aeneid.3.  
Fiducia pedum. Ouid.9, Metam.25.  
Gaudia vana. Horat.2, epist.2,38.  
Istus vanus. Liu.4, bell. Maced.151.  
Imago vana. Horat.1, Carm.ode 24,3.  
Inceptum vanum. Liu.7, bell. Maced.114.  
Ira vana. Valer.1 Argon.75.  
Lex. Liu.2, ab Vrbe, 182.  
Linguæ vanæ mendacia. Ouid.3, Amor.eleg.10,3.  
Metus vanus. Horat.1, Carm.ode 23,1.  
Persuasio vana. Quint.lib.2, cap.2,7.  
Precibus vanis sollicitate aliquem. Ouid.9, Metam.136.  
Somnia vana. Virg.6, Aen.57.  
Spes vana. Quint.lib.6, cap.4,13.  
Spem vanam sequi. Ouid.14, Metam.73.  
Timores vani. Valer.8 Argon.82.  
Verba vana. Ouid.13, Metam.53.  
¶ Vana: loco adherbit. Virg.11, Aen.171,  
Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.  
¶ Vaneleo. Ceres sterilem vanescit in herbam. Ouid.3. Amor.eleg.6,7.  
In auras vanescere. Ouid.epist.1,16.  
¶ Vanitas. Manifestus vanitatis. Tacit.lib.13.  
Vti prospexitate rerum in vanitatem. Tacit.in vita Agricolæ.  
Exitus vanitas. Tacit.lib.15.  
¶ Vanitudo. Plaut. Capt.1,3,8,  
Polego, ut rem video, tu inuentus, vera vanitudo,  
Qui conuincas.  
¶ Vano: Fallo. Aetius Alcumena:  
Sic illum vanans in angipotum deduxit.  
¶ Vanidicus. Plautus Trinum.5,37,  
Cum improbis viuere vanidicis.  
¶ Vaniloquus. Plautus Amph.4,225,  
Quia vaniloquus, vapulabis. Liu.5, bell. Maced.182.  
Genus vaniloquum. Silius lib.8,4.  
¶ Vaniloquentia. Liu.4, bell. Maced.89, Hac vaniloquencia primùm Atithenum Prætorem Achæorum excitavit.  
Tacit.lib.3.  
¶ Vaniloquidorus. Plautus in Persa, 18,18,  
Vaniloquidorus virginis uendonides.  
VAPOR] Lucret.lib.6,191,  
Peruolitan, permanat odor, frigusq; vaporq;.  
¶ Vapor: pro Calore. Col.lib.5, cap.10,2, Minus frigoris hyeme, minusq; vaporis æstate.  
Leuia Hammæ vapor. Senec.Octau.5,19.  
Solis. Plin.lib.9, cap.10,2.  
Syderum. Horat.Epod.3,3.  
Calidus vapor. Lucret.lib.2,169.  
Calidus tepidusq; Lucret.lib.2,172.  
Crassus. Stat.6, Thebaid.95.  
Humidus. Ouid.1, Metam.87.  
Lentus. Virg.5, Aen.137.  
Pinguis. Senec.Hero furen.11,4.  
Fero vapore dissiliunt saxa. Lucret.lib.1,102.  
Niger vapor efflat anhelo ore. Stat.10. Theb.21.  
Eiectare vaporem. Stat.6, Theb.95.  
Phœbus findit arua vaporibus. Ouid.3, Met.31.

Presserat ora vapor. Ouid. 2, Metam. 57.  
 Torri vapore. Plin. lib. 9, cap. 38. 2. Idem lib. 13, cap. 4. 16,  
 Assidue vapore torrentes.  
 Vapor. Plin. lib. 3, cap. 2. 2. Vaporant & in mari ipso.  
 Vaporare: Suffire. Plinius libro 28, cap. 11. 8. Oculos vaporari  
 praecepiunt. Virg. 11, Aen. 97,  
 Succedunt matus, & templum thure vaporant.  
 Vaporare: Calore tempirare. Horat. 1 epist. 17. 2,  
 —sed ut veniens dextrum latus aspiciat sol,  
 Læsum discedens curru fugiente vaporat.  
 Vaporare: Arefacere, exsugere. Colum. lib. 1, cap. 5. 4. Quam  
 plerique amnes & state vaporatis, hyeme frigidis nebulis  
 caligent.  
 Vaporare. Plin. lib. 28, cap. 4. 21, Gellius lib. 19, cap. 1. 1. Quā  
 aqua frigore aeris duratur & coit, nec est ficii vaporationem.  
 Vaporiferus. Stat. 3, Sylu. 5. 20,  
 Siue vaporiferas blandissima littora Bajæ.  
 Vaporiferæ fornaces. Stat. 1, Sylu. 3. 9.  
 Vapidus. Pectus vapidum. Pers. Satyr. 5. 11.  
 Vapidè. Vapidè se habe. Suetonius Augusto. cap. 87.  
 VARPA] Horat. lib. 1. Satyr. 5. 3,  
 —absentein cantat amicam  
 Multa prolixta vappâ nauta.  
 Plin. lib. 14 cap. 20. 4. Quā de ferbuit, deperit sapor; vap-  
 paque accipit nomen.  
 Vappa: Pro homine agro vilq; Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 2.,  
 —non ego, avarum  
 Quā vco te fieri, vappam iubeo aut nebulonem.  
 VAPVLO] Propert. 1. cl. g. 13. 4.  
 Non ego, id tenuis vapulat umbra mea.  
 Corpus vapulat. Lucret. lib. 4. 190.  
 Vapula Papiria: Proverbium Plautus.  
 Ideo dico: Liberta salve; vapula Papiria.  
 VARICO, VARICOSVS] Vide VARIX.  
 VARIVS] Terent. Eneuch. 4. 4. 16,  
 —varia velle exornatus fuit.  
 Plin. lib. 8, cap. 17. 4. Nunc varias & pardos, qui mares sunt,  
 appellant in eo omni genere.  
 —Varium & mutabile semper  
 Femina.  
 Virgil. 4. Aeneid. 114.  
 Aestu vatio irarum fluctuar. Virg. 4, Aen. 1. 13.  
 Artes variae. Virg. 1, Georg. 27.  
 Casus variæ. Virg. 1, Aeneid 41.  
 Colores varios menitit lana. Virg. eclog. 4. 9.  
 Gentes variæ linguis. Virg. 8, Aen. 1. 46.  
 Lepore vario dicitur omnia. Lucret. lib. 5. 276.  
 Lynces variæ. Virg. 3, Georg. 53.  
 Opum variarum diues. Virg. 2, Georg. 94.  
 Sermone vario trahebat noctem Virg. 1, Aen. 1. 51.  
 Victoria varia. Liu. 2. ab Urbe, 28.  
 Vuæ variae. Cato cap. 7. 1.  
 Varius: Qui varis in facie d. skinflue est. Quintil. lib. 6, cap. 4, in  
 Ista uricum: Miror quid sit, quid patet tuus, homo constan-  
 tissimus, te nobis varium reliquit  
 q. Variæ. Variæ valui. Plaut. Epid. 2. 15.  
 Variæ agere Liu. 1, ab Urbe, 10.  
 Differere varie de re aliqua Tacit. lib. 1.  
 q. Vario. Virg. 1, Georg. 19,  
 Ille ybi nascente maculis variauerit ortum.  
 Ouid. 2. de Remed. 26,  
 Nam quoniā variant animi, variabimus artes.  
 Posit variare capillos. Ouid. de Medicamine faciei, 4.  
 Otium variare labore. Plin. Epist. 16. 1. a.  
 Pectora dubijs curia. Valer. 3. Argon. 126.  
 Sententiam variauit timor. Liu. 2. ab Urbe, 250.  
 Sonum variare Plin. lib. 10 cap. 29. 5.  
 Variantur acu rapetia Martial. lib. 8. 29.  
 Vices variate. Virg. 9, Aen. 13.  
 Prodigialiter variare aliquid Horat. de Arte, 6.  
 Figuri. Quint. lib. 6, cap. 1. 2.  
 Miftura iocorum materiam aliquam Mart. lib. 8. 1.  
 Variant multa de morte eius autores Liu. 7. bel. Pun. 1. 34.  
 Variant Graecorum exempla Plin. lib. 11, cap. 1. 4.  
 q. Variare: Neutrum Cels. lib. 1, cap. 1. Ex tempestibus optimè exquales sunt; siue frigidæ, siue calidæ: pessimæ, quæ variant maxime.  
 Dissider & variat sententia. Ouid. 15, Metam. 1. 10.  
 Timores variant. Ouid. 2, Trist. 3. 1.  
 q. Variare: Ambiguum esse Liu. 9. ab Urbe, de suffragijs: Ibi si variaret, quod raro incidebat; ut secundæ classis centurie vocarentur.  
 q. Variatur: Impersonale. Liu. 2. bell. Pun. 249, Ibi quum sententijs variaretur.  
 q. Varians. Plinius libro 7, capit. 42, Cætera exempla fortu-

ne variantis innumera sunt.  
 Variantibus adhuc & acerbis suis. Col. lib. 4, cap. 20.  
 Varians cœlum. Plin. lib. 14, cap. 1. 6.  
 Formæ variantes. Lucret. lib. 5. 1. 6..  
 q. Variatus Figuris multigenis variatus. Lucret. lib. 2. 68.  
 Vestis variata figuris præscis. Catul. Argon. 5. 1. 10  
 q. Variatio Liu. lib. 4. bell. Pun. Cæteræ centurie sine varia-  
 tione villa Consules eosdem dixerunt.  
 q. Variatum Gell. lib. 5, cap. 12.  
 q. Varietas. Plin. lib. 8, cap. 30. 2, Oculis mille esse varietates,  
 colorumq; mutationes.  
 Incredibilis quædam varietas. Quint. lib. 2, cap. 1. 1.  
 Recit animos ac reparat varietas. Quint. lib. 1, cap. 1. 2. 4.  
 q. Varientates: Macula subruba. Plinius lib. 20, cap. 9. 2. Flos  
 bullorum tritus erutum maculas varietatesque igne factas  
 emendat.  
 VARIX] Plin. lib. 11, cap. 45, Varices in erubibus vero tan-  
 tum mulieri raro. Horat. Varice succiso.  
 q. Varicosus. Iuuen. Satyr. 6. 40,  
 —varicosus fiet aruspex.  
 q. Varicus. Ouid lib. 3. de Arte, 60,  
 Illa velut coniux Umbri rubicunda mariti  
 Ambulat ingentes Varica fertq; gradus.  
 q. Varicula. Cels. lib. 5. de curatione ulceris.  
 q. Varico. Quint. lib. 11, cap. 1. de gestu pedum: Varicæ su-  
 pra modum, & in stando, deforme est.  
 q. Varicator. Vlpius in 1. 1. ss de prævaricatorib. Prævarica-  
 tor est quasi varicator, qui diuerlam partem adiuuat, pro-  
 dita causa sua.  
 q. Varro: pro stupido & bardo. Lucilius apud Festum, in voce  
 Squarosus:  
 Varorum ac rupicum squarosaf incondita rostra.  
 VARVS] Plautus Milit. 10. 1. 27,  
 Aut varum, aut valgum.  
 Plin. lib. 11, cap. 45. 5. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 10.  
 Varus manus Ouid 9, Metam. 7.  
 Varum brachium. Martial. lib. 7. 31.  
 Genius varus. Pers. Satyr. 6. 2.  
 q. Vari, apud Cels. lib. 6, cap. 5, maculæ sunt in facie. Unde ho-  
 mines varij dicit. Plin. lib. 23, cap. 4. 8, Olcum antygdalinū,  
 varos cum melle tolit à facie.  
 VAS] vadis. Vide VADIS.  
 VAS] vas. Martial. lib. 14. 103,  
 Arerina nimis ne speras vasa, monemus.  
 Vasorum appellatio generalis est: dicimus enim vasa & vi-  
 naria, & naualia. Viplanus, de auro & argento legato. 1. ss  
 gemma,  
 Argentea vasa. Horat. 1. Serm. Satyr. 7. 15.  
 Aspera. Iuuen. Satyr. 14. 7.  
 Peritulum vas. Lucret. lib. 3. 191. & 205.  
 Rimosa & curta vasa cadunt sensistris. Iuuen. Satyr. 3. 27.  
 Samia. Plaut. Capt. 6. 4.  
 Vasa vinaria amphoras & cados intelligimus. Procus, de  
 tritico, vino & oleo legato. 1. vinum.  
 Conclamare vasa. Cæsar 4. bell. Civil.  
 Ducere vasa è luto. Quint. lib. 1, cap. 17. 3.  
 Incrustare syncerum vas. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 12.  
 Idem 1. epist. 1. 1. 1,  
 Syncerum est nisi vas quodcunq; infundis, acescit.  
 Quassatis vasis d. influit humor. Lucret. lib. 3. 89.  
 q. Vasum. Plaut. Truc. 1. 1. 3,  
 Aut aliquod vasum argenteum.  
 q. Vasculum. Plin. lib. 15 cap. 28. 6, Quæ lam vasculis con-  
 stant. Cato cap. 1. 1. 1, Si voles scire, in vinum aqua addita  
 sit, necne vasculum facito de materia hederae.  
 Argenti puri vasa. Iuuen. Satyr. 10. 2.  
 q. Vasarium. Plin. lib. 7, cap. 49. 3, Nec sunt omnia vasaria ex-  
 cutienda.  
 q. Vasularius. Sunt enim inter aurifices vasularij, cælato-  
 res, inauratores, & braçearij in 1. apud Labonem. de præ-  
 script. verb. Si quum emere argentum velles, vasularius ad  
 te deculerit.  
 VAS T VS] Plautus Amph. 6. 1, (net)  
 Quis tam vasto impete has foret toto conuulsit cardin-  
 plin. epist. 2. 8. Vastissimum incendium multas priuatoru-  
 doms, & duo publica opera, &c. assumpsit.  
 q. Vastus: Desertus. Actius: Hanc vibem ferro vastam faciet.  
 Vastus locus à natura & humano cultu. Sallust. in lugurtha.  
 Aquor vastum. Virg. 2. Aen. 1. 6.  
 In vastiorem altitudinem ac velut profundum inuehi. Liu. 1.  
 bell. Macedon. 2.  
 Animus vastus Sallust. in Catil.  
 Antrum vastum. Virg. 1, Aen. 12.  
 Aper vastus. Claud. 3. Paneg. 62.  
 Arma vasta Virg. 10, Aen. 1. 54.  
 Artus vasti. Virg. 3, Aen. 87.

Cæde vasta fessus. Virg. 6, Aen. 10.  
 Campi vasti. Virg. 9, Aen. 3.  
 Certamine vasto tendunt. Virg. 12, Aen. 111.  
 Crater vastus. Ouid. 2, Metam. 48.  
 Feræ vastæ. Ouid. 2, Metam. 19.  
 Fluctus vasti. Virg. 1, Aen. 18.  
 Hiatu vasto immanis spelunca. Virg. 6, Aen. 48.  
 Ictus vasti. Virg. 5, Aen. 40.  
 Impetus vastus. Horat. 4 Carm. odes 4, 7.  
 Ita vasta. Ouid. 10, Metam. 109.  
 Iter vastum Ouid. 18, Metam. 18.  
 Latratus vastus & canorus. Col. lib. 7, cap. 12, 2.  
 Moles vasta. Virg. 3, Aen. 132.  
 Molimen vastum Ouid. 15, Metam. 162.  
 Mundus vastus. Ouid. 1, Fast. 24.  
 Murmure vasto it mare. Virg. 1, Aen. 50.  
 Onus vastum. Ouid. 1, Fast. 113.  
 Orbis vastus. Ouid. 2, de Arte, 4.  
 Pondus vastum. Virg. 5, Aen. 90.  
 Rupes vastæ. Virg. 1, Aen. 34.  
 Sinus vastus. Virg. 4, Georg. 71.  
 Solitudo vasta. Liu. 1 ab Vibe, 15.  
 Tellus vasta. Valer. 2, Argon. 121.  
 Vires vastæ. Virg. 5, Aen. 74.  
 Vorago vasta. Virg. 6, Aen. 60.  
 Vulnera vasta. Lucret. lib. 5, 259.

¶ Vastitas. Columell. lib. 3, Paritamen in hac terra vastitate, belluas progenitari quis neget? Idem lib. 5, cap. 1, 1.  
 Sterilis profundi vastitas soli. Senec. Heic. furen. 9, 1, 9.

¶ Vastitas: Vastatio. Aetius: Propterea tot tantasq; habemus vastitates funerum.

Vastitas odoris. Plin. lib. 31, cap. 6, 4.

¶ Vastitudo. Cato cap. 141, 1, Viduitatem vastitudinemque, calamites intemperiasq; prohibetiss.

Vastities. Apul. Cui in primis tanti corporis vastities horrificuit Plaut. Pseud. 3, 68,

Harum mibi voluptatum omnium, atq; itidem tibi,  
 Distractio, diffiduum, vastities venit.

¶ Vasto. Vastare agros cultoribus. Virgil. 8, Aen. 2.

Iter alicuius. Silius lib. 3, 93.

Mentem. Sallust. in Catilio.

Omnia late. Virg. 4, Georg. 4.

¶ Vastatus. Fana vastata tumultu impio. Horat. 4, Carmin. odes 4, 10.

Paseua. Claud. 3, de raptu Proserp. 34.

Vastata vrbs defensoribus suis. Liu lib. 1, bell. Pun.

¶ Vastatio. Liu. 7, ab Vibe, 67, Accessit ad eam cladem & vastatio Romani agri.

¶ Vastator. Troia vastator Achilles Stat. 1, Achil. 64.

Aper vastator Arcadiæ. Ouid. 9, Metam. 39.

Ferus vastator. Ouid. 11, Metam. 80.

¶ Vastatrix. Seneca epistol. 96, Luxuria terrarum marisque vastatrix.

VATES] Virgil. 6, Aen. 41,  
 Cunæstantem & vatis portat sub testa Sibyllæ.  
 Plaut. Milit. 12, 37,  
 Bonus vates poteras esse; quoniam, que sunt futura, videas.  
 Praesagia vatum. Ouid. 4, Trist. eleg. 9, 26.  
 Pater vatum Latous. Stat. 1 Sylu. 2, 42.  
 Infana vates. Virg. 3, Aeneid. 8, 9.  
 Peritus vates. Ouid. 1, de Arte, 6.  
 Pij vates. Virg. 6, Aeneid. 133.  
 Sacer vates. Horat. 4, Carm. odes 9, 6.  
 Sanctissima vates prescia venturi. Virg. 6, Aen. 13.  
 Terrifici vates. Virg. 5, Aen. 10, 5.  
 Vera vates. Claud. 1, Paneg. 69.

¶ Vates: poëtae. Colum. in Præf. lib. 10, Ex voluntate vatis maxime memorandi.

Sic honor & nomen diuinis vatibus. Horat. de Arte, 8, 1.  
 Attonitus vates. Horat. 3, Carm. odes 10, 3.  
 Cothurnatus. Ouid. 2, Amor eleg. 184.  
 Lauriger. Stat. 1, Theb. 9.  
 Vates medicinæ. Plin. lib. 11, cap. 37, 84.  

¶ Vaticinans. Ouid. 2, de Ponto, eleg. 1, 13,  
 Maxime, dicta tibi vaticinante nota.

¶ Vaticinator. Ouid. 1, de Ponto, eleg. 1, 9,  
 Unde tamen viuat, vaticinator haberet.

¶ Vaticinus. Liu. 5, bel. Pun. 6, Edixit, ut quicunq; libros vaticinos, piecationesve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet.

Vaticinus furor. Ouid. 2, Metam. 119.

VATES CO] Destinor, horridus fio Aetius: lussit proficiisci in exsilium quovis gentium, ne scelere tuo Thebani vatescant agri.

VATES VS] Varro lib. 2, de Rust. cap. 9, de canibus: Sint crudibus rectis, ac potius variis, quam vatis. Plin. lib. 11, c. 45, 61

VATRAX, & VATRICOSVS] Adiecit. Qui cruta vitiosa habet. Lucilius lib. 28, Ut si progeniem antiquam, qua est maximus Quintus Vacax, qua vaticosus vatrax.

V B

VBER] Fertilis Iuuenal. Satyr. 1, 9.

Et quando vberior virtuorum copias?

Actas vberior. Ouid. 15, Metam. 42.

Aquis vberibus fœcundus specus. Ouid. 3, Met. 7.

Arua vberima. Valer. Argon. 10, 4.

Dona vberiora promissis. Ouid. epist. 16, 45.

Fruges vberes. Horat. Carm. odes 15, 1.

Genis grauidis vberibusque effusa lacrymæ. Ouidius ad Liuiam, 24.

Guttis vberibus sicut omnia. Lucret. lib. 1, 71.

Honos vberior. Ouid. 2, de Nuce, 4.

Ingenium vberis. Ouid. 2, Trist. 5.

Morus vberima niueis pomis. Ouid. 4, Met. 18.

Regna vberima. Virg. 3, Aen. 2.

Riu vberes lactis Horat. 2, Carm. odes 19, 3.

Terris vberibus fertilis Vinbria. Prop. lib. 1, 11, 2.

¶ Vber: Mamma. Virg. 3, Aen. 126.

Lanigera claudit pecudes, atq; vbera pressat.

Mammaram vbera. Lucret. lib. 5, 1, 7.

Distentum vber. Ouid. 13, Metam. 177.

Distenta vbera lacte Virg. eclog. 4, 1.

Equina Horat. Epop. 1, 2.

Grauidum vber Virg. 3, Georg. 64.

Inania Ouid. 10, Metam. 79.

Laetantia Ouid. 7, Metam. 65.

Laetitia. Virg. 2, Georg. 105.

Profusum. Silius lib. 4, 76.

Rarum. Virg. 2, Georg. 47.

Virgata vbera feræ. Calpæ. Senec. Herc. Octo. 2, 9.

Ablatus vberibus. Plin. lib. 8, cap. 15, 2.

Admouere vbera alicui. Virg. 4, Aen. 74.

Alere foetus vber. Virg. eclog. 3, 6.

Consumunt vbera vaccæ. Virg. 3, Georg. 36.

Demittunt. Virg. 2, Georg. 105.

Depulsus equus ab vberem matris. Virg. 3, Georg. 38.

Distentant vbera vaccæ. Virg. eclog. 9, 6.

Dare vbera alicui. Ouid. 4, Metam. 65.

Exhausto vber spuma multa. Virg. 3, Georg. 62.

Ebilibre vbera. Ouid. 6, Metam. 6, 9.

Distensis vberibus manat humor lacteus. Lucret. lib. 1, 52.

Potanda vbera infanticibus. Iuuen. Satyr. 6, 1.

Pressare vbera palmis. Virg. eclog. 3, 20.

Rapti ab vberem infantes. Virg. 6, Aen. 16.

Raptus ab vberem vitulus. Ouid. 4, Fast. 92.

Sicare distenta vbera. Horat. Epop. 2, 10.

Tendunt vbera caprae. Virg. 3, Georg. 80.

Tenta vbera. Horat. Epop. 16, 10.

Teahunt vbera infantes. Lucant. lib. 3, 71.

¶ Vber: pro Vberate. Virg. 1, Aen. 105.

Terra antiqua, potens armis, atq; vberem glebas.

Fertilis vberem campus. Virg. 2, Georg. 57.

Letum vber. Virg. 3, Aen. 10.

¶ Vbertas. Opum vbertas. Silius lib. 15, 18.

Naturalis locorum vbertas. Quint. lib. 4, cap. 1, 42.

¶ Vbertim. Catull. de coma Berenicis, 61, 4, Claud. de laudibus Serenæ, 12, 43,

—quantæque eadebant

Vbertim lacrymæ?

VBI] Plin. lib. 12, cap. 14, 7, Alexandriæ, vbi thura interpolantur. Horat. 1, Serm. Satyr. 4, 15.

Non vbi vis, coramvc quibuslibet.

Interrogatiæ. Terent. Eunuch. 5, 9, 20.

Sed vbi est frater??

Vbi ego audiuerm? Plaut. Amph. 8, 11, 5.

Relatiss. Virgil. 1, Aeneid. 21.

—vbi Acacidæ telo iacet Hector. Plaut. Truc. 4, 37.

Infinis. Plaut. Trucul. 1, 30. Terent. Eunuch. 2, 3, 20.

Siue adeò digna res est, vbi tu neuos intendas tuos.

¶ Vbi: postquam. Virgil. 2, Aen. 159.

Hæc vbi dicta dedit. Terent. And. 2, 2, 19,

Vbite non inuenio, ibi ascendo in quandam excelsum locum.

Vbi primùm. Terent. Eunuch. 4, 1, 14.

Vbi primùm poterit, se illinc subducet scio.

Vbi: quando. Terent. Eunuch. 5, 6, 3,

Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.

Vbiubi. Terent. And. 4, 2, 1,

Iam vbiubi erit, inuenientum tibi curabo.

Vbiubi gentium Plaut. Asin. 7, 11.

Vbiubi: Statim vt. Plaut. Merc. 18, 24,

Vbiubi erit inuenta, mater redimet.

Vbi loci. Plautus Capt. 17, 5,

Propemodum vbi loci tuę fortunę sint, facile intelligis,  
Plin.lib.9, c.24, ad fine: Ut inanis mens querat, ubi sit loci,  
Vbi gentium. Plaut. Merc. 7.91,  
Vbinam est is homo gentium?  
¶ Vbicunq;. Vbicunq; vi sum. Plin.lib.10, cap.4,2.  
Vbicunq; opus sit obsequi. Terent. Heaut. 3.3.17,  
—vbicunque locorum Viuitis. Horatius 1.E.  
pistol 3.7.  
¶ Vbius. Vbius gentium. Terent. Hecyr. 3,1,4.  
¶ Vbique. Virgil. 1, Aenid. 1.2,  
Non opis est nostra, Dido; nec quicquid vbiq; est  
Gentis Dardaniz.

## V D

V D O] Genus vestimenti: de quo est epigramma Martialis lib.14.145, Vdones cilicij.  
Vlpianus in l. argumēto § 2. ff. de auro, argento, &c. Alia est causa vdōnum quia vsum calceamentorum p̄fstant.  
V D V S] Virg. , Georg. 78.  
Nigra subest vdo tantum cui lingua palato.  
Plin.lib.24, cap.15,9, Folia epiphoris imponuntur, cum polenta supposito vdo linteolo.  
Vdus aqua Mart.lib.11,22.  
Vdus oscul.s. Mart.lib.8,38.  
Aleator vdu. Mart.lib.5,135.  
Campi vdi. Sil.lib.8,10.  
Capilli. Quid. 1, Metam. 89.  
Genae vda. Quid. . Fast 8,1.  
Humus vda Horat. 3 Carm ode 2,5.  
Luminibus vdis respiciens. Pr. petr.lib.1.eleg.7,2.  
Pomaria vda mobilibus riuis. Horat. 1. Carm ode 7,3.  
Terra vda a viret gramine. Quid. 1. Amor. eleg. 6, 10.  
Ver vdu. Virg. 3, Georg. 86.  
Via vda. Lucan lib.3,17.  
¶ ydo. Macrob.lib.7. Saturn.cap.13, Quæ vdanda sunt corporis, vino souentur.

## V E

V E C O R S] Liu.4.ab Vrbe,215, Audita vox eius in concione stolidā, & prop̄e vecors.  
Audacia vecors. Liu.1. bell. Pun. 118.  
Furor. Catull. ad Aurelium. 1,1,1.  
Iuuenes vecordes. Senec. Thebaid. 1,59.  
Libelli. Tacit. lib.2.  
Libido vecors. Senec Troade. 4, 17.  
Mens vecors agitatur furijs. Quid in Ibin. 69.  
Rixam vecordem excitare. Catull ad Ravidum. 18,1.  
¶ Vecordia. Terent. And. 4. 1,2,

Tanta vecordia innata cuiquam vt sicut. Sallustius:  
prosus in facie, vltuq; vecordia.  
Pulitiae vecordia. Quid 12, Metam. 46.  
V E C T I A R I V S] Vide VECTIS.  
V E C T I B I L I S] Vide VEH O.  
V E C T I G A L I ] Leuare agrum vectigali. Claud. 3. Paneg. 20.  
Magna vectigalia. Horat. 1. Serm. Satyr. 2,10.  
Porrigere parua vectigalia. Horat. 3. Carm ode 16,8.  
Instituere vectigal Colum.lib.2, cap. 2.  
Vectigaliorū praevestige i am Suet. in Augusto, cap. vltimo.  
Quantum pecunie in ætario & fiscis, & vectigaliorum residuis.  
¶ Vectigalis. Liu. Vectigalis stipendiariusque, & seruus populi Romani à patre relictus.  
Facere vectigales Cæsar 4 bell. Gall. 474.

V E C T I S] Cæs. 2. bell. Ciui. 43, Saxa, quāmmaxime pos-  
sunt. vectibus promouent. Horat 3. Carm ode 16,2.  
¶ Vectarius: Qui torcularia premis vectibus Vitruv. lib.6, cap. 8.  
¶ Vectularius. Cato: Vectulariam vitam vivere, est re-  
pentē largiter habere, repente nihil. Festus.  
V E C T O, V E C T U R A] Vide VEH O.  
V E G E O] pro vegeto. Pomponius: Animos Venus veget  
voluptatibus.  
¶ Vegetus Gell. lib. 1, Eosdem cum corpore esse vegeto ac  
valentië Sueton. de Cæsare, cap. 45, Nigris, vegetisq; oculis,  
valitudine prospera.  
Vegetum ingenium Liu.6 ab Vrbe,84.  
Vegetus pullus venatum. Valerius lib.5.  
¶ Vegetor & Vegetissimus. Colum.lib.6, cap. 10, Vegetor  
aspectus. Plin.lib.18, cap. 26,7. Hoc intetualium temporis  
vegetissimum agricolis, maximq; operosum est.  
¶ Vege. Liu. 1. bell. Pun. 157, A' tergo Alpes vrgent; vix in-  
tegris vobis ac vegetibus transit.

¶ Vegeto. Gellius: Memoria vegetandæ gratia.  
¶ Vegetatio. Apul. de Asino aureo: Ut etiam fatigationem  
sedentariam incessus vegetatione discuterem.

V E G R A N D I S] Plautus in Castell.

Qui nisi iteres nimirum is vegrandi gradus. Varro lib.  
2. de Re rust. cap. 2, 11, Quod quæ postea concipiunt, ve-  
grandes fiunt atq; imbecillæ.

VEHA] Varro 1. de Re rust. cap. 2,13, A' quo rusticetiā  
nunc quoq; viam veham appellant, propter vēturas.

VEHEMENS] Terent. And. 1.1.123,

—ne hæc quidem

Satis vhemens causa ad obiurgandum.

Dea vhemens. Catull ad Licinum, 47, 5.

Lupus vhemens. Horat. 2,6.

Metu vhemens commota mens. Lucret.lib.3,31.

Operā vhemente minister Horat. 1. epist. 13,1.

Palus vhemens. Colum.hb., cap. 12.

Violentia. Lucret.lib.3,98.

Vitis. Colum.lib.3, cap. 1.

Vfus. Horat. 2. epist. 2,24.

¶ Vhementia. Plin.lib.13, cap. 8,1, Flore candido, cum ve-  
hementia odoris.

¶ Vhementer. Lucret.lib 4,7.

Dolet vhementer Terent. Adelph. 4,5,48.

Insanire vhementer. Plaut. Merc. 18,19.

Pertinet vhementer ad rem aliquam. Varro 1. de Re rust.  
cap. 5,5,4.

Velim vhementer Terent. Eunuch. 5,9,39.

VEHES] Vide VEH O.

VEHO] Plautus Mostell. 9,16,

Magni sunt oneris: quicquid imponas, vhemunt.

Currū vhemere aliquem. Ouid. epist. 21,19.

In cursu vehi. Ouid. . Trist. eleg. 2,10.

Dorsō cornipedis. Senec. Hippol. 6,15.

Equo. Ouid. 3. de Arte, 155.

Nauivvehimur. Lucret.lib 4,78.

Phaselis pīctis vhemitur circum sua rura. Virg. 4, Georg. 58.

Amne vhemere. Ouid 2, Metam. 10. (bro 1,67,

V: xerat Europeum fraterna per æqua taurus. Martialis lib.

Vhemunt per maria vasta ratibus. Plin.lib. 1. cap. 19,2.

Vhemere fructus ex agris. Liu. 1. bell. Pun. 150.

Cibum ore vhemit formica. Ouid. 1. de Arte, 19.

Carpenta vhemebant matres Aufonias. Ouid. 1. Fast. 24.

Ventrem & grauem vhemere. Ouid. 9, Metam. 13,8.

Actas vhemit fortunam Lucret.lib.3,210.

Bella vhemere trans pontum. Senec Thyste. 1,9.

Precium vhemendi. Ouid. 3. Fast. 21. (lum. 95,1.

¶ Vetus. Multa per æqua vetus. Catull. ad fratris tumu-  
Divesa per æqua vedi. Virg. 1, Aen. 70.

Apes vetus liquidum trans æthera. Virg. 7, Aen. 13.

¶ Veto. Gell.lib.16, cap. 19, Dorso super flutus edicto ve-  
tasse. Propriet. 3.eleg 3,10.

Corpora vetus carina. Virg. 6, Aen. 79.

Humeris vetus Horat. Epop. ad finem.

¶ Vetusulum. Gell.lib. 20, cap. 1, lumentum quoq; non id  
solum significat quod nūc dicitur, sed vetusulum etiam.

¶ Vetus: Qui vetus. Quintilianus in Corpore proiecto: In

nauim filij mei male permutatus vetus imponit.

Vetus: qui vetus. Ouid 1. Fast. 27.

Ecce rudens rauco Sileni vector asellus

Intempestiuos edidit ore sonos.

Fulminis vector Aquila. Stat. 9. Theb. 162.

Vectoria nauigia Cæs. 5. bell. Gail.

¶ Vactorius equus. Varro lib. 2 de Re rust. cap. 7,12.

¶ Vetusibilis. Senec. 1. Nat. quæst. Ipsius insulæ materia ve-  
tibilis.

Vectura. Varro de Re rust. lib. 2, cap. 7, Equitali sunt idonei

ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad admisuram.

Licere aut exercere vecturas nauium. Papin. in l. si urbana.  
ff. de condit. indeb.

Faceie vecturam. Quint in Pastu cadaverum.

¶ Vehiculum. Plin.lib. 7, cap. 56.

¶ Vehes, vel Vehis. Plin.lib. 36, cap. 15, 9, Ut vhem fœni largè ouultam transmittenet. Columella libro 11, cap. 2, Satis  
erit in singula iugera vhes sterecoris comportare numero  
decim & octo.

VEL] Coniunctio disiunctio Plaut. Milit. 14,28,

Vela dest, vel non. Virg. 1, Aen. 150.

Quidam vhem Oceano properent se tingere soles

Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstat.

Copulativa. Terent. Eunuch. 2,3,27.

—hanc tu mihi vel vi, vel clām, vel precario.

Fac tradas.

¶ Vel, pro Venu. Terent. Hecyr. 1,1,3,

Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi.

Vel, Etiam. Terent. And. 3,2,9,

Vel hoc quis non credat, qui nōrit te, abs te esse ortū

Virg. 11, Aen. 12,

Vel Priamo miseranda manus.

Vel: Saltē. Terent. Phorm. 2,1,71,

Postremo, si nullo alio pacto, vel fœnore.

Vel etiam Plaut. Mench. 15,19,

—vel etiam in oculos compingite.

VELABRVM, VELAMEN, VELO] Vide VELVM.

VELES] Miles leuisimè omnium armatus. Liu. 6. bell. Pun. 19, Evbi ad coniculum teli ventum est, signo dato velices desilunt. Ouid. in Ibin, 10,

Vtq; petit primò plenum flauentis arenæ,  
Nondum calfacti velitis hasta solum.Velitor: lurgor. Plautus Menæch. 17. 20.  
Nescio quid velitatis estis inter vos duos.

Gell. lib. 6, cap. 11, Neq; in maledictis aduersum impudentes &amp; improbos velitandum.

Velitatio. Plautus Rud. 13. 41.  
Evidem meam velitationem exerceo.

Velitaria. Sallust. in Iugurtha. Præterea iere sagittarij &amp; cohors peligna cum velitaribus armis itineris properandi causa. Liu. 6. bell. Punic. 19. Et septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale hastis velitaribus inest.

Velitatum. Sisenna lib. 1. Histor. Ne velitatum aut faltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.

VELIFICO, VELIVOLVS] Vide VELVM.

VELLO] Radicis vellere, vel cum radice. Colum. lib. 11, cap. 3, 36. Plin. lib. 12, cap. 12, 4.

Tondere, radere, &amp; vellere. Suet. de Cæfare, cap. 45.

Arbos solo vellitur ruptis radicibus. Virg. 2, Aen. 6.

Barbam vellere: Proverbium Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 27,  
—barbam tibi yellunt  
Lasciu pueri.Capillos albos à stirpe vellere. Propert. lib. 3, eleg. 24, 7.  
Comam. Martial. lib. 2, 11.

Herbas vellens dentibus. Ouid. 8, Metam. 162.

Munita vellere, sepulchra, vallum. Liu. 2. ab Urbe, 106.  
Idem 6. bell. Pun. 68. & 10. ab Urbe, 119.

Pectora velluntur secreto mortu. Stat. 5. Syl. 2, 1.

Piscis vellere ex æquore. Ouid. 2. Serm. Satyr. 3. 47.

Poma manu. Tibull. lib. 9, eleg. 5, 4.

Pontem. Virg. 8, Aen. 130.

Postes à cardine. Virg. 2, Aen. 97.

Signa castris. Virg. 4, Georg. 22.

Spicula. Virg. 10, Aen. 178.

Vulfs. Vulfa corpora. Quint. in Proœm. lib. 8.

Tela vulsa pectora. Lucan. lib. 5, 46.

Vulsa Varr. 2. de Re rust. cap. 11, 7, Priùs lanæ vulsuram, quam tonsuram inuentam.

Vellico Propeit. lib. 2, eleg. 5, 2. Plaut. Mostell. 10, 62,  
Cornix a. v. ea voltur in duo vicissim vellicat.Quintil. lib. 6, cap. 1, 31, Ex pædagogo se vellicari respondit.  
De pueru flente.

Vellicare: Criminari. Plaut. Merc. 7, 65.

Nutent, nistent, sibilent, vellicent.

Vocent, molesti sint. Gell. lib. 4, cap. 15, In quibus plu-  
ria incidunt aut malignè vellicant.

Absentem vellicare. Horat. 1. Serm. Satyr. 10, 16.

Beneficium. Senec. de Benefic. lib. 2, cap. 22.

Opus alicuius. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16, 5.

Vellicatus. Plin. lib. 18, cap. 6, 4, Extremitates corporis vel  
aurium vellicatibus perstringi.Vellicatio. Senec. de Vita beata. Qnum non tantum lacer-  
ationes, sed etiam vellications effugerit.VELLVVS] Varro de Re rustic. libro 2, capite 11, 7, Lanam  
ademptam & congregatam, alij vellera, alij yellumina  
appellant.

Ovis aurata vellus. Ouid. 6. epist. 1.

Atrum. Ouid. 7, Metam. 49.

Ferina vellera. Ouid. 11, Metam. 1.

Fulua. Ouid. epist. 6, 5.

Hirsuta fetis leonis. Ouid. 2. Fast.

Stamina facta de nigro vellere. Ouid. 4. Trist. eleg. 1, 13.

Niuea vellera. Virg. 4, Aen. 92.

Presa illuic. Virg. 3, Georg. 13.

Pullum vellus. Ouid. 4. Fast. 124.

Splendentia vellera lanæ niueæ. Sil. lib. 15, 140.

Tenua vellera folijs depestant Seres. Virg. 2, Georgic. 25.

Mollite vellera Ouid. 6, Metam. 5.

Stratis velleribus iacebat. Virg. 7, Aen. 19.

Vellera: pro frondibus. Ouid. de Nuce, 27,  
At simul induimus nostris sua vellica ramis.

VEL] Vide VELVM.

VELOX] Plin. lib. 8, cap. 34, 1, Velox saltatu.

Ferro velox. Stat. 3, Thebaïd. 80.

Iacula. Virg. 11, Aen. 152.

Ad facinus. Claud. 1. in Ruff. 49.

Ad premia. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3, 11.

Acui velocis memor. Senec. Herc. fur. 3, 3.

Alæ veloces. Claud. 1. in Ruff. 1, 3.

Animus velox Horat. 1. epist. 2, 3.

Annus. Stat. 3, Thebaïd. 92.

Ceru velocias. Virg. 5, Aen. 51.

Crura velocias. Ouid. 1, Metam. 62.

Equi veloces. Ouid. 1, Metam. 112.

Horæ. Ouid. 2, Metam. 24.

Iaculum velox. Virg. 3, Georg. 106.

Ingenium. Ouid. 8, Metam. 51.

Ingenium velox ac mobile. Quint. lib. 6, cap. 4, 6.

Membra velocias. Sil. lib. 17, 109.

Oculo veloci percurrere aliquid. Horatius 2, Serm. 2a-  
tyr. 5, 12.

Pila velox. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, 3.

Procella. Horat. 3. Carm. ode 27, 13.

Victoria. Horat. 1. epist. 19, 13.

Nihil est annis velocius. Ouid. 10, Metam. 103.

Velox: pro Velociter. Virg. 5, Aen. 90,

—ille istum venientem è vertice velox

Prævidit celeriq; clapsus corpore cessit.

Velocitas. Exercitata studio velocitas. Quintilianus lib. 5,  
cap. 10, 26.

Cogitationum velocitas. Plin. lib. 7, cap. 12, 2.

Velociter. Auferre aliquid velociter. Ouid. 4. Fast. 89.

Currere velocius. Ouid. 10, Metam. 116.

VELVM] Plinius libro 12, capite 19, 2, Non vela, non ratio  
vlla adiuvet.

Tenor veli. Lucan. lib. 5, 142.

Ferruginea vela. Lucret. lib. 4, 15.

Fugacia. Ouid. epist. 13, 5.

Lutea. Lucret. lib. 4, 15.

Nautica. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, 22.

Niveis tentoria velis. Virg. 1, Aen. 93.

Nutantia. Lucan. lib. 8, 10.

Parua. Horat. 4. Carm. ode 15, 1.

Rufa. Lucret. lib. 4, 15.

Tumida. Horat. 2. epist. 2, 41.

Abeuntia vela prosequi oculis. Ouid. epist. 5, 11.

Aptare classem velis. Virg. 3, Aen. 95.

Arripuere tellurem velis. Virg. 3, Aen. 96.

Cadunt vela. Virg. 3, Aen. 42.

Leuibus velia cadentia castra. Valer. 2, Argon. 90.

Turgida vela contrahere. Horat. 2. Carm. ode 10, 5.

Deducunt vela nautæ. Ouid. 3, Metam. 133.

Deserta vento vela. Senec. Agamemn. 6, 15.

Dirigere vela in medio freto. Ouid. 1. Fast. 93.

Dare vela. Quintil. lib. 10, cap. 3.

Dare vela retrosum. Horat. 1. Carm. ode 14, 1.

Dabant vela in altum. Virg. 1, Aen. 8.

Dare vela ventis. Virg. 4, Aen. 109.

Læta vela pelago dare. Scenec. Troad. 4, 1.

Suz famæ. Martial. lib. 8, 70.

Ingenio. Ouid. 3. Fast. 158. ad Bacchum.

Naugia velis euntia. Plin. 9. cap. 15, 7.

Nauis fertur velis ventoq; Lucret. lib. 4, 182.

Flesteri viam velis. Virg. 5, Aen. 6.

Implere vela ventis. Virg. 7, Aen. 5.

Inflata vela secundis Notis. Senec. Agamem. 2, 7.

Intendere vela ventis secundis. Virg. 3, Aen. 137.

Intendunt vela Zephyri secundi. Virg. 5, Aen. 7.

Intenta vela theatris. Lucret. lib. 4, 15.

Humida vela legit nauitæ. Virg. 1, Georg. 75.

Ministrare velis. Virg. 6, Aen. 51.

Pandere tota vela. Quintil. lib. 6, cap. 1, 39.

Alas velorum pandere. Virg. 3, Aen. 104.

Permittere vela ventis. Quintilianus Triphoni, in præfat. 3.

Accutatis velis procedit classis. Virg. 4, Aen. 118.

Soluere vela. Virg. 4, Aen. 115.

Subducta vela. Silius lib. 6, 63.

Pleno subit ostia velo. Virg. 1, Aen. 81.

Subnectere totum velum antennis. Ouid. 11, Metam. 97.

Tendunt vela Noti. Virg. 3, Aen. 54.

Concaua vela tenet ventus. Ouid. epist. 6, 14.

Trahere vela. Virg. 4, Georg. 24.

Aut vocant vela. Virg. 3, Aen. 72. Plautus Asin. 5, 5,

Remigio, veloq; quantumq; poteris, festina &amp; fuge.

Velifico. Plin. lib. 9, cap. 33, 2, Per summa æquorum vclif-  
fiant. Propert. lib. 4, eleg. 10, 2,

Nauta per vrbanas velificabat aquas.

Velificatus. Propert. lib. 2, eleg. 29, 2.

Cærulea ad infernas velificata rates.

Velificus cursus. Plin. lib. 15, cap. 11, 4.

Velifer. Carina velifera. Ouidius 15, Metamorph. 144.

Propert. lib. 3, eleg. 9, 7.

Malus velifer. Valer. 1. Argon. 26.

Veliuolus. Mare dicitur veliuolum. Virgiliius primo, Ac-  
cidentis, 46.

Rates veliuolæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5, 9.

Naues. Ennius.

- ¶ Velo. Plin. in Paneg. 93. Nihil velandum est, nihil omittendum.
- Amitu croceo velari. Ouid. 3. de Arte 36.
- Corpora velantur lino. Silius lib. 3, 5.
- Corpus velat maculoso vellere. Ouid. 3, Metam. 40.
- Corpora pecudum velantur fulvi setis. Virg. 1, Georg. 77.
- Fronde velamus delubra deum. Virg. 2, Aen. 50.
- Humeros velare ostro. Virg. 7, Aen. 163.
- Penna latus velat. Ouid. 2, Metam. 76.
- Tempora velat myrto. Virg. 1, Aen. 15.
- Adiumentis extrinsecus aliquid velare. Tacit. lib. 12.
- Scelus feelere velandum est Senec. Hippol. 5, 27.
- ¶ Velate: *leg. 21.* Pomponius: Recte velet gulam. Plaut. Am. phit. 4, 10, 1.
- Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.
- ¶ Velans Squamæ velantes artus. Ouid. 4, Metam. 9.
- ¶ Velatus. Virgil. 11, Aeneid 20,
- Velati ramis oleæ.
- Filo velatus. Tibul. lib. 1 eleg. 5, 3.
- Molliter velata ostro Stat. 5, Sylu 1, 45.
- ¶ Velatus: *leg. 21.* Plaut. Muliebri velatus togā.
- Pennis nigris velata monedula. Ouid. 7, Metam. 94.
- Antennæ velatae. Virg. 3, Aeneid. 110.
- Cornæ Virg. 3, Aeneid. 35.
- Tempora velata corona. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 14, 11.
- ¶ Corporis velanda. Plinius epist. 110, lib. 6.
- ¶ Velaris. Plin. lib. 1, cap. 92, Lignum intus grandis firmæq; duritiae, ex quo velares detornant annulos.
- ¶ Velamen. Virg. 1, Aeneid. 131,
- Et circumtextum croceo velamen acantho.
- Mollia velamina Ouid. 1, 5, Metam. 24.
- Fulgentia auto. Ouid. 6, Metam. 113.
- Dempere velamina ex humeris. Ouid. 6, Metam. 113.
- Czrula velamina induitur. Ouid. 14, Metam. 9.
- Ponere velamina Ouid. 2, Fast. 34.
- Mollia velamina ponere de corpore. Ouid. 4, Metam. 69.
- Scissæ velamine retegit vultus. Lucan. lib. 8, 130.
- ¶ Velamentum. Liu. 4. bel. Pun. 139, Ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porridentes, orare, ut recipent fese.
- Velamenta & infusæ. Tacit. lib. 19.
- Celus, tunicas testiculos ambientes, velamenta testiculorum vocat, & tunicas vicerum & tuberculorum.
- ¶ Velaria: *Loca abdisa.* Iuuenal. Satyr. 4, 19,
- pueros indè ad velaria raptos.
- ¶ Velabrum Plautus Capt. 8, 29.
- Quasi in Velabro olearij.
- ¶ Velabrensis Martial. lib. 11, 49.
- Vel velabrensi massa recocita foco.
- VELVT, & VELVET.] Horat. 1. Carm. ode 12, 10,
- Crescit occulto velut arbor ævo.
- Fama Marcelli Sic. 2. Serm. Sat. 1, 10,
- hoc veluti virtute paratum.
- Velut, & Ita. Columel. libro 3, cap. 95, Nos quoque parit ratione, velut Olympicarum equarum, ita fortissimorum aminearum vitium, seminibus electis, largæ vindemiae spem capiamus.
- VENA] Plin. lib. 11, cap. 37, 83. His innatant venæ, id est, sanguis rivi.
- Vena, pro artia Ouid. 10, Metam. 58,
- saliunt tentæ pollice venæ.
- Celsus. Periculosisimum cum est, si venæ quæq; ibi vehementer agitantur.
- Pulsus venarum. Plin. lib. 2, cap. 97, 7, Percussus venarum. Plin. lib. 7, cap. 51, 1.
- Venæ acc. modatæ spiritui. Celsus in Præfat. lib. 1.
- Venæ naturaliter ordinatae. Celsus lib. 3, cap. 6.
- Trepidæ. Ouid. 6, Metam. 78.
- Vacuæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 4, 6.
- Vitales. Lucer. lib. 2, 223.
